
6
1 B
8

Ioannis Varen-
NII MECHLINIEN-


sis περὶ προσῳδιῶν libellus antehac nunquàm excusus, planeq́; necessarius.

Εμμανουὴλ Μοσχοπούλου περὶ προσῳδιῶν.

De Dialectis Græcis collecta ex Corintho, Ioan. Gram. Plutarcho, Ioan. Philopo. atq; aliis eiusdem classis, per Hadrianum Amerotium, in gratiam illorum qui Poëtas Græcos intelligere cupiunt.









PARISIIS,
Apud Christianum Wechelum sub scuto Basiliensi, in uico Iacobæo: & sub Pegaso in uico Bellouacẽsi. An. M.D.XLIIII.





Gaſpar Hol-

STERVS STOCHOLMI-
enſis Doctißimo Iuris utriuſque
Licentiato, D.Ioanni
Petri S. D.



CVM pro tuo propenſo in me animo, ac ueteri inter nos beneuolentia, multum me tibi debere intelligerem, nulláque reponendi meriti ſpes ſupereſſet: eò quòd ob quorundam in nos maleuolentiam, à priſtina fortuna defluximus. Ne *tamen interim parum candidus haberer, ſatius eſſe credebam, quoquo modo gratæ mentis uoluntatem offerre, quàm ſilentij diuturnitate, ab omni remunerandi ſtudio, alienus uideri.* Itaque *circunſpicienti mihi, qua ratione id commodiùs poſſem, ſuccurrebat ita demũ eam tibi fore perſpectißimam, ſi quæ tibi ſcirem eſſe cordi, eadem etiam mihi eſſe curæ comprobarem.* Q*uod cùm in multis conarer, nihil inueni expeditius, quã ſi eximij uiri* Ioannis Varennij περὶ προσῳδίας *libellum, ueluti poſtliminio reſeruatum, publicandum darem, eò quòd hoc nomine illum magis commendatum iri poſteritati ſperabam, quem tu uel iam immortalem, omnibus uotis exoptas.* Nec *iniuria, cum eo præceptore,*



eò sis progressus, ut nunc meritò amicis honori, patriæ utilitati esse poßis. Porrò si quo es in Varennium affectu, non satis uidebitur ea quæ debuit dignitate, hic libellus prodire, id nolim nostræ imputes negligentiæ, cùm ob locorum intercapedinem, grassantéq; iam undique belli furorem, non licuerit abs te aliud ἀντίγραφον petere: atque meum ita inuenerim mutilum, ut non semel nobis Græci Grammatici fuerint conferendi: taceo quòd nec multus accelerarim, ne debita hac in parte Varennio laus intercideret, cùm nescio quid de Accentu præ manibus habere quosdam intelligerem: qui ne uel Varennij umbrã referre possent, utpote cuius multiplex eruditio, iampridem doctis omnibus sit perspecta: quiq; ex unico suo libello περὶ συντάξεως ἑλληνικῆς, tantũ est gloriæ assecutus, quantum nec magni uiri ex iustis uoluminibus. Sed hæc nota sunt, neque enim id pauca deplorant, quòd talis uir in medio uitæ cursu, fatorum iniuria orbi ereptus sit. Cæterùm ut ad institutum redeam, tuum erit, ut dum pro debito tanto uiro, imò tali præceptori amore, hunc libellum hilari fronte suscipis, nostrum simul & in te qualecunq; studium probes: tum quoq; ut pro tuo cãdore, patiaris studiosos omneis, tantæ commoditatis esse partiapes. Nam quanta hinc prouentura sit linguæ Græcæ candidatis, utilitas (licet in se hæc minutula, ac nullius momenti uideantur) uel me tacente, intelligunt omnes, cùm nec syllaba, nec dictio apud Græcos, sine accentus cognitione, uel legi rectè, uel proferri queat. Atq; plerumq; alioqui re-

qui rectè in literis uersati, hoc uno incommodo à Græcè scribendo deterreãtur, quòd accentuum regulas nulla certa, faciliq; methodo, perdiscere contigerit. Vale, Lutetiæ, anno à Christo nato M. D. XLII. Cum feret occasio, salutabis ex me D. Nicolaum Micault, uirum, ut omni humanitate, eruditioneq; præditum, ita nobis amicissimum.

HAEC EX TERTIO
Gazæ apposuimus.

F. Ἔστι δὲ τόνος ἐπίτασις, ἢ ἄνεσις, ἢ μεσότης συλλαβῶν, εὐφωνίαν ἔχουσα. ἡ μὲν γὰρ ὀξεῖα, τὸ ἐπιτεταμένον ἔχει τοῦ φθόγγου· ἡ δὲ βαρεῖα τὸ ἀνειμένον. ἡ δὲ περισπωμένη τὸ μέσον. id est,

Est autem tonus intensio, uel remißio, uel moderatio syllabæ, uocalitatem habens. Nimirum Acutus, intensum habet sonum, Grauis remissum, Circunflexus medium.

Ioannis Varen-

NII MECHLINIEN-

sis περὶ προσῳδιῶν, id est, de Accentibus Græcorum libellus, ut ante hac nunquam excusus, ita linguæ Græcæ studioso necessarius.



ONI *sunt tres, Acutus, Grauis, & Circunflexus.*

Acutus, est nota super uocalem aut diphthongum, à sinistra parte in dextram ascendens, hoc modo, ʹ.

Grauis uerò à summa in dextram ascendens, hoc modo, ˋ.

At Circunflexus ex acuto constat & graui, hoc pacto, ῀.

Omnis dictio siue monosyllaba siue polysyllaba, uno duntaxat tono notatur, nisi sequatur Enclitica, de quo infra: idq; uel in ultima syllaba, uel penultima, uel antepenultima: in quibus omnibus acutus locum habet, ut κακὸς, ἀθρόος, ἄνθρωπος.

Circunflexus in ultima & penultima tantùm locum obtinet, ut ποιῶ, Δῆμος. *Nunquam enim ponitur in antepenultima, quòd is locus ad solum acutum spectet. Nam in* οἶκονδε, τοῖοσδε, *& similibus ultimæ sylla-*

bæ aduentitiæ sunt.

Grauis in omnibus intelligitur esse syllabis, quæ nec acuto signantur, nec circũflectuntur, & ob id syllabicus dicitur, ut in ποιέομαι, ποιοῦμαι, *omnes syllabæ grauantur, præter* έ *&* οῦ. *Verũ nunquàm pingitur, nisi acutus uertatur in grauem, quod fit quoties post acutum finalem in eodem contextu orationis sequitur alia non* Enclitica *dictio, ut* ἀγαθὸς ἄνθρωπος, *ibi syllaba postrema dictionis* ἀγαθὸς *signatur tono graui, quòd in eadem oratione sequatur dictio* ἄνθρωπος *non* Enclitica. Excipe τίς *interrogatiuum, quod semper acuitur,* τίς ἄνθρωπος.

DICTIONES.

Item quæ sic uel sic notantur, huiusmodi insigniuntur nominibus.

Ὀξύτονον *id est, in ultima acutum, ut* θεός.

Παροξύτονον *&* βαρύτονον, *id est, acutum in penultima, ut* λόγος.

Προπαροξύτονον *&* βαρύτονον, *id est, acutum in antepenultima, ut* τύπτομαι.

Περισπώμενον, *id est, circunflexum in ultima, ut* πλακοῦς.

Προπερισπώμενον *&* βαρύτονον, *id est, circunflexum in penultima, ut* δῶμα.

Nota non esse idem Græcis quantitatem syllabarum, & tonum siue accentum. Nec accipiunt sicut Latini à penultima, sed ab ultima, si ea sit breuis uel

longa,

longa, ut in regulis generalibus patebit, & est uocalatio accentus facienda ubi signum alicuius horum tonorum fixum est.

Syllabarum alia longa, alia breuis, alia communis.

Item longarum, alia naturâ longa, alia positione.

Naturâ longa est, quæ uel η, uel ω, uel aliquam ex diphthongis complectitur, aut communem productam, ἥρως, αἶαξ, καλός.

Positione longa est, quando post uocalem sequuntur consonantes plures, uel una duplex, ἐνέργεια, ἄρτος, τύψω.

Breuis, quæ habet breuem uocalem, aut communem correptam, λόγος, φιλία.

Communis quæ eadem potest nunc esse breuis, nunc esse longa, quæ apud ueteres dum producebatur, notabatur uirgula plana supra posita, sic, –. Dum uerò corripiebatur, uirgula curua in hunc modum, υ, ᾱρες, ᾰρες.

CANONES GENERALES.

1 Vltima longa, tonus nequit esse in antepenultima syllaba, sed in penultimã retrocedit, ut ἄνθρωπος, ἀνθρώπου. Excipe Attica, μενέλεως, πόλεως: nec potest penultima circunflecti, sed uertitur in acutum, δῆμος, δήμου, ἑςῶτες, ἑςώτων.

2 Super syllabam breuem, aut positione longam, nunquàm est tonus circunflexus, ἡρακλῆς, ἡρακλέος. Sed su-

Sed super naturâ longam semper, σῶμα, βοᾶτε, βοᾷ.

3 Breuis ante finalem breuem, aut longa ante finalem longam, si tonum habeat, semper acuitur, λόγος, ἥρως.

4 Breuis ante finalem longam acuitur, ut ἔρως.

5 Naturâ longa, ante finalem naturâ breuē, uel positione longam, si tonum habeat, circumflectitur, Δῆμος, ἆυλαξ.

In dictis regulis diphthongi αι & οι, in fine dictionis, non sequente in eadem syllaba consonante, pro breuibus habentur, μοῦσαι, ἄνθρωποι. Excipe aduerbia, ut οἴκοι, nam οἶκοι nomen est plurale, πάλαι tamen & πρόπαλαι corripiuntur. Excipe etiam optatiuos, ut ποιήσαι fecisset. Nam ποιῆσαι est infinitiuus Aoristi primi actiui, & ποίησαι imperatiuus Aoristi primi medij.

6 Omnis contractio ex acuto & graui, circunflectitur, βοάετε, βοᾶτε, ἑρμέας, ἑρμῆς, σιμόεις σιμοῦς. Excipiuntur dualia in ω, quæ semper acuuntur, etiam contracta, τὼ νόω, νώ, ὰ νόος, νώϊ, νῴ. Excipiūtur & casus contracti, qui coincidunt cum alio casu non contracto, τὴν λητόα, λητώ, τὴν σαπφόα, σαπφώ. Verùm ex contractione grauis & acuti nunquàm fit circūflexus, ἑσταώς: ἑστώς enim dicitur, nō ἑςῶς. Nec ex duobus grauibus, ut Δημοσθένεϊ, Δημοσθένει.

7 Omnia monosyllaba ex cōtractione circūflectūtur, ut παῖς, ῥοῦς, φῶς, φθοῖς, βῶξ, κρῆς, κῆρ.

8 *Syllaba in quam non cadit contractio, seruat tonum quem ante contractionem habuit*, δημοσθένεος, ἔνοος, ποίεε ποίει. Excipe χρυσοῦς, ἀργυροῦς, χαλκοῦς, à χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος.

9 *Si in nominibus ultima uocalis per apostrophum abiecta, supra se tonum acutum habuerit, ad praecedētem transfertur*. Δεινά, Δεῖν' ἔπη πέλει. In aliis uerò *dictionibus, unà cum uocali abijcitur ipse tonus, ut* κατά, κατ' ἐμοῦ.

10 *Omnis diphthongus finalis habens υ, non sequēte in eadem syllaba consonante, si tonum suscipit, circūflectitur*, εὖ, φεῦ, οὐδαμοῦ, ἐμοῦ, σοῦ, καλοῦ, ἀγροῦ, ὁμοῦ. *Excipe* ἰδού, ἰού, *acutitona*.

DE NOMINE.

1 *Nomina neutra plerunque primam syllabam accentuant*, νόμισμα, σώπηπι, ἔλεος, πῶϋ, γῆρας, σῶμα, λῶμα.

2 *Omnia monosyllaba neutra circunflectuntur, ut* πᾶρ, πῦρ.

3 *Omnis nominatiuus qui non est contractus, si tonum habeat, in ultima acuitur.*

DE NOMINIBVS PRImae declinationis.

Omnis nominatiuus primae declinationis, habet penultimā acutam, χρύσης, αἰνείας, *exceptis in* της *uerbalibus à uerbis contractis, quae acuunt ultimā*, ποιητής, μιμητής. *Item quibusdam à uerbis non contra-*

ctis

ctis κριτής, δικαστής. In ας autem circunflexa, Doria sunt, ut κοσμᾶς.

SECVNDAE DECLInationis.

Nominatiuus secundæ declinationis in α, si penultima sit longa, habet tonum, μοῦσα, χώρα.

Substantiua in εια formata ab adiectiuis in ης acuuntur in antepenultima, ut ab ἀσθενής, ἀσθένεια.

Adiectiua fœminina tonum habent suorum masculinorum, ἀγαθός, ἀγαθή, nisi regula generalis impediat, ut θεῖος, θεία, quod impeditur per primam regulam, propter quam etiam comparatiuus in ρα penacuitur. Etsi masculinum sit προπαροξύτονον, σοφώτερος, σοφωτέρα.

Nominatiuus in η purum in penultima ο præcedente aspirata, penacuitur, χνόη, φθόη, χλόη.

DE NOMINIBVS TERtiæ declinationis.

Substantiua in ειον penultimam circunflectunt, ἰχθυοτροφεῖον, μνημεῖον, βαλανεῖον, κουρεῖον.

Adiectiua uerò acuũt antepenultimã, ut ἀνάντειον.

Substantiua neutra in ιον acuuntur in antepenultima, μυστήριον, ἐπιστόλιον, ἐπινίκιον. Similiter adiectiua à locis formata, οὐράνιον.

Nomina in κον possessiua semper acuũtur, ἀστικόν.

Verbalia in μος sunt acutitona, συλλογισμός.

Nomina transsubstantialia in νον acuuntur in antepenultima, λίθινον.

Compara-

Comparatiua in ρος & ςος acuunt antepenultimã, δικαιότερος. Compa & ςος.

Verbalia in τος sunt plerunq; acutitona, πληκτὸς, παςτός. Quæ si cum dictione componantur, cũ qua uerbum componi nequit, accentum traducunt, σεληνόπληκτος, ἄπαςτος, ἄψαλτος. τος.

Composita cum ἐν in antepenultima, ἔμμυσον, ἔνθυμον. Compo cum ἐν

Nomina Trochaica in compositione traducũt tonũ in antepenultimam, δοῦλος, ἔνδουλος, ὥρα, πρόωρος. Compo trochai

Nomina à κτείνω uel τρέφω si actiuè capiãtur, acuũt penultimã: si paßiuè, antepenultimam, ut λυκοκτόνος, qui lupũ occidit, τυραννοκτόνος, qui tyrannum occidit. λαοτρόφος, qui populũ nutrit. Sed λυκόκτονος qui à lupo occisus est, τυραννόκτονος, qui à tyranno occisus est, λαότροφος, qui à populo nutritur.

Composita nomina à πολῶ cum præpositione, acuunt antepenultimam, ut πρόπολος, ἀμφίπολος. Si uerò cum alia orationis parte, acuunt penultimam, ut ὀνειροπόλος, θυηπόλος.

Disyllaba substantiua plerunq; in penultima acuuntur, ut λόγος. Adiectiua uerò plerunque in ultima, ut δεινός. Dico plerunque, quia μόνος penacuitur, & ἀγὸς dux acuitur.

DE NOMINIBVS QVARTÆ *declinationis.*

Habentia plures quàm duas syllabas, semper acuũtur in antepenultima, ut εὔγεως, Μενέλεως, Νικόλεως.

λεως. Idq; est Atticum, nam ultima est longa.

Nomina quæ declinantur Doricè, ablatione σ, quædam sunt grauitona, Διώνδας; quædã circũflexa, ποδῆς, & unum in penultima circunflexum, λᾶας.

DE NOMINIBVS QVINTæ declinationis.

Nomina in ω fœminina sunt acutitona, λητώ.

Nomina in αν simplicia, sunt acutitona, ut πάν, Pan, τιτάν præter πᾶν omne, quod sequitur suũ masculinum πᾶς. Composita uerò acuuntur in penultima, ἑρμόπαν.

Nomina in ην & ιν simplicia, & à quibus nullum formatur neutrum, sunt acutitona, ut αὐχήν. Composita uerò, uel à quibus formatur neutrum, acuuntur in penultima, ut ἐριαύχην, εὔριν.

Nomina in ιρ simplicia, sunt acutitona, ut ξίρ.

Nomina in ωρ comprehensiua, sunt acutitona, ut ἀγώρ, πρισβεώρ.

Propria Adiectiua & Gentilia in ωρ, acuunt penultimam, πλάτωρ, εὐδαίμωρ, πύτωρ. At ποσειδῶρ & ξενοφῶρ contracta sunt ex ποσειδάωρ, ξενοφάωρ.

Monosyllaba in αιξ sunt acutitona, ut αἴξ.

Nomina simplicia in ξ, quæ habent plures quàm unam syllabam, acuunt penultimam, ἅρπαξ, πέρδιξ.

Nomina in ης, sunt acutitona, ut πατὴς, σωτήρ. Excipiuntur μήτης, δημήτης, θυγάτης.

In ας monosyllaba circunflectuntur, ut πᾶς. In ας

inflexa per δ, sunt acutitona, ut ἀρκάς, λαμπάς, φυγάς, μονάς. Cætera in ας si sunt masculina aut neutra, accentum habent acutum in penultima, ut τάλας, κρέας, & similia: nisi canon generalis impediat, ueluti γῆρας circūflectit penultimam propter canonem quintum.

Monosyllaba in αις non contracta, sunt acutitona, δαΐς, σαΐς.

Nomina in ευς sunt acutitona, ut ἀχιλλεύς, πηλεύς. Hæc tamen Doricè acuuntur in penultima, ἀχίλλευς, πήλευς.

In εις adiectiua acuunt penultimam, ut χαρίεις.

Nomina in ης adiectiua flexa per εος, sunt acutitona, ut εὐγενής, ἀληθής. Excipe quæ plenitudinem significant, πηλώδης. Et quædā composita acuunt penultimam εὐμήκης, παμμεγέθης.

Nomina in ης propria composita, acuunt penultimam, δημοσθένης, Ἀριστοτέλης, Σωκράτης.

Nomina in της fœminina abstracta, acuunt penultimam, ut φιλότης. Excipe βραδυτής, ἀδροτής, ταχυτής, & δηϊοτής.

Nomina Patronymica in ις, sunt acutitona, ut πριαμίς.

Nomina in ις quæ formantur a nominibus tertiæ declinationis in ος, sunt acutitona, ut δμωΐς, à δμῶος, αἰχμαλωτίς, ab αἰχμάλωτος.

Nomina in ις simplicia disyllaba, acuunt penultimam, ut ὄφις, πάρις.

Nomina in ις plurium quam duarum syllabarum, declinata per δ, uel τ, acuuntur in antepenultima, ἄδωνις, εὔπολις, εὔχαρις.

Nomina in ις fœminina formata à masculinis in ης, & declinata per δ, seruant tonum in eadē in qua habet masculinum, στρατιῶτις, στρατιώτης, δεσπότις à δεσπότης.

Composita in ις ex dissyllabis grauitonis trāsmittunt tonum in antepenultimam, ut μῆτις, πολύμητις. Similter composita ex fœmininis in η, ut ἀλκή, ἄναλκις, κνήμη, εὔκνημις.

Nomina simplicia in ους ciraumflectuntur, βοῦς. Excipiuntur πούς & ὀδούς acutitona.

Nomina in υς substantiua declinata per δ, uel quorum penultima est longa, sunt acutitona, ut χλαμύς, πληθύς. Similiter omnia adiectiua in δύς, ηδύς. Reliqua uerò acuunt penultimam, ut βότρυς, præter ἰχθῦς, ὀσφῦς, διονῦς, ὀσφῦς, & omnia monosyllaba, quæ circunflectuntur, ut μῦς, σῦς.

Nomina in ω & in ως fœminina sunt acutitona, ut λητώ & αἰδώς.

HAEC DE DECLINA-
tione quinta.

S*Vnt prætereà quæ in alio & alio significatu alio & alio notantur tono, ut βίος uita, βιός arcus. πόνηρος agricola, πονηρός prauus. Verùm de his quoniā extat Cyrilli opusculum, paulatim addisci possunt, cū regulis complecti nequeant.* De genitiuis.

Genitiuus

Genitiuus habet tonum in eadem in qua nominatiuus, ut λόγος, λόγου, ἀγαθός, ἀγαθοῦ, nisi ultima longa impediat, ut Δίκαιος, Δικαίου. Excipitur genitiuus ex Synæresi, ut λᾶος, κῆρος, ἦρος, quæ contrahũtur à λάαος, κέαρος, ἔαρος. Excipiuntur & disyllaba in ος, quæ si sint nomina, acuuntur in ultima, ut θοός, ζαός. Si uerò participia, grauitona sunt, ut θάντος, σάντος: excipiũtur & μητέρος, θυγατέρος, γυναικός, & μιᾶς quod habet tonum more Ionico.

Omnis genitiuus cuius ultima est longa, si in ea tonum habeat, circunflectitur, præter λεώ & νεώ, Attica, quæ acuuntur, eò quòd ω finale circunflecti non possit, nisi in ἀποκοπῇ Attica, ut in ποσειδῶ, pro ποσειδῶνα, sic ἱδρῶ, κυκεῶ.

DE DATIVIS.

Datiuus semper habet tonum in eadem in qua genitiuus, ut ἀινείου, ἀινείᾳ. Datiui deriuati uerò semper acuuntur in antepenultima, ut πολυπάταγι, μελίκρατι, διχόμηνι.

DE ACCVSATIVIS.

Accusatiuus in eadem habet tonum, in qua genitiuus. Excipiuntur θυγατρα, ἄνδρα, & γυναῖκα, quæ sunt ex passione. Item accusatiui monosyllabi in ν, circunflectuntur, ut κλεῖν, λῖν, μῦν, σῦν. Item genitiui disyllabi quintæ declinationis in ος: qui cùm sint acutitoni, ut Διός, βοός, acuunt penultimam, Δία, βόα.

DE VOCATIVIS.

Vocatiuus in eadem habet tonum, in qua nominatiuus

tiuus. Excipiuntur λέποτα, μητίκτα, ἀκάκητα, εὔφροσα.

Iam propria in ης cōposita grauitona, uel ex synæresi circunflexa, tonum remittunt in antepenultimā, ut ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, ὁ Ηρακλῆς, ὦ Ηράκλεες, uel ὦ Ηράκλεις per synæresin. Sic & ὦ Σοφόκλεες, ὦ Περίκλεες, pro Σοφόκλεις & Περίκλεις.

Item in ων composita, quorum uocatiuus in ον desinit, remittunt tonum in antepenultimam, ut ὁ ἀγαμέμνων, ὦ ἀγάμεμνον, ὁ κακοδαίμων, ὦ κακόδαιμον. Et in cæteris omnibus, præter composita à φρὴν, quæ acuuntur in penultima, ut ὦ δαῖφρον, ὦ περίφρον, & præter ὦ λακεδαῖμον, & ὦ παλαῖμον, circunflexa in penultima.

Iam nomina in ηρ, quorum uocatiuus in ερ, transmittunt tonum, ut ἡ θυγάτηρ, ὦ θύγατερ, ὁ ἐπάτηρ, ὦ ἔπατερ, ὁ δημήτηρ, ὦ δήμητερ, ὁ ἀνὴρ, ὦ ἄνερ, ὁ σωτὴρ, ὦ σῶτερ.

Nota quòd uocatiuus in ευ nominum in ευς, circunflectitur, ὁ βασιλεύς, ὦ βασιλεῦ: quia ευ & ου diphthongi finales, si habent acutum, circunflectuntur, ut habet Canon decimus.

DE NOMINATIVO, ACCVsatiuo, & Vocatiuo dualibus.

Hi tres casus tonū habent in eadē in qua ntūs singularis, ut αἴας, αἴαντε. πέρσης, πέρσα. ἵππος, ἵππω.

DE GENITIVO ET DAtiuo dualibus.

Hi casus tonum habent in eadem, in qua Nominatiuus dualis, ut, ἀινεία, ἀινείαιν, ἡμᾶς, ἡμᾶιν, λόγω, λόγοιν, μενέλεω, μενέλεων. *Excipiuntur Nomina quintæ declinationis, quæ habent genitiuum dualem conformem in tonis genitiuo plurali, ut* ἀιάντοιν, ἀιάντων, *& sic de aliis omnibus, præter* χλοῖν, παιδοῖν, *&* μηνίοιν.

De Nominatiuo plurali.

Nominatiuus pluralis in tono similis Nominatiuo singulari, ut λίθος λίθοι, χρυσός χρυσοί: *præter formata à masculinis. Hæc enim in tono similia masculinis, ut* λιθίνη, λίθιναι, *quia* λίθινοι. ἡμέρα, ἥμεραι, *quia* ἥμεροι.

De genitiuo plurali.

Genitiuus pluralis primæ aut secundæ declinationis circunflectitur, ὀρέσαι, ὀρεσῶν, ἡμαί, ἡμῶν. *Excipiuntur* ὁ χλούνης, τῶν χλούνων, ὁ χρήσης, τῶν χρήσων, ἡ ἄφυα, τῶν ἀφύων. *Excipiuntur & adiectiua, quorum masculina sunt tertiæ declinationis: hæc enim tonum habent genitiui singularis suorum masculinorum,* ῥόδια τῶν ῥοδίων, *quia* ῥόδιος· χετλιασική, τῶν χετλιασικῶν, *quia* χετλιασικός, χετλιασικοῦ.

Genitiuus pluralis tertiæ & quartæ declinationis tonum habet similiter cum genitiuo singulari: & circunflectitur, si tonus sit in ultima.

Genitiuus quintæ declinationis, si Ntūs pluralis sit disyllabicus, circūflectitur, μῆνες, μηνῶν. *Excipe hæc decē,* πάντων, δμώων, δμώων, παίδων, φώτων, θώων,

λάωρ,κρ{ά}τωρ,Δάδωρ,φώδωρ. *Si uerò nominatiuus pluralis plures habeat quàm duas syllabas, penacuitur,ἄιαντες,τῶν αἰάντωρ.* Excipe *Attica*, ut λέξεωρ.

DE DATIVO PLVRALI.

Datiuus pluralis tonum similiter habet Datiuo singulari, præter παντί,πᾶσιρ:*& ea in quibus α πλεονάζει. Hæc tonum habent in penultima,* μητράσιρ, θυγατράσιρ. *Item Datiui* μεταπεπλασμένοι *acuunt antepenultimam,ut* πρόβασιρ,ἄςρασιρ,ἔγκασιρ.

DE ACCVSATIVO plurali.

Accusatiuus pluralis tonum habet, ut Nominatiuus *pluralis,nisi ultima longa impediat: nam ea transfert tonum in syllabam sequentem proximè,* οἱ Δίκαιοι, τοὺς Δικαίους.

DE VOCATIVO plurali.

Vocatiuus pluralis similem Nominatiuo *plurali tonum habet.*

DE VERBIS.

Verba in ω *contracta circumflectuntur:non contracta penacuuntur.*

Verba in μι *acuuntur in antepenultima,*ἵςημι,τίθημι:*præter*εἰμί,φημί,*acutitona.*

Imperfectum semper acuitur in antepenultima, ἔτυπτορ:*nisi quid prohibeat, ueluti finalis longa, quæ*

tenus

tonus antepenultimæ transfertur in penultimam, ἐποίουν.

Futurum actiuum primum penacuitur, τύψω: præterquàm in quinta coniugatione, quod semper circunflectitur, τιμῶ.

Futurum primum medium acuitur in antepenultima, ut τύψομαι: nisi sit quintæ coniugationis: hoc enim circunflectitur in penultima, ut ψαλοῦμαι.

Indefinitum primum actiuum, si habeat antepenultimam, acuitur in ea, ἔτυψα. Si uerò nõ habeat, acuitur in penultima, ut ἔθλω.

Omnis imperatiuus acuitur in antepenultima, si habeat eam, πράσσε: si uerò non habeat eam, acuitur in penultima, μένε.

Excipe imperatiuũ indefiniti secũdi medij, quod circũflectit ultimã, τυποῦ. Excipe & εἰπέ, λαβέ, ἐλθέ, εὑρέ, ἰδέ, acuitona. In cæteris temporibus ac modis, tales accentus, quales in coniugatione uerborum τύπτω, ποιέω, & τίθημι.

In personis omnibus seruant tonum in eadem syllaba, quæ habet tonum in prima persona singulari, nisi prohibeat syllaba quarta accidens, aut ultima longa: tũc enim transfertur in syllabam sequentem, τύπτομαι, τυπτόμεθα, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθων.

Omne uerbum accentum habens super ultimam lõgam, circunflectitur, ποιῶ, τυφθῶ, unde ἔβην dum abijcit augmentum, circunflectitur βῆν. Excipe χρή, quod acuitur.

In trochaica compositione, id est, disyllaba, quorũ prior est longa, posterior breuis, non transferunt tonũ ut nomina, εἶπε, κατέιπε, εὖχε, κατεῦχε. Excipe οἶδα, σύνοιδα, οἶσθα, σύνοισθα, & κεῖμαι, πρόκειμαι. κεῖσθαι tamen non transfert, dicitur enim προκεῖσθαι in penultima circunflexum.

DE PARTICIPIIS

Nominatiuus Participij masculini præsentis, futuri primi, siue indefiniti primi uerborum actiuorũ in ω, tonum habet in eadem, in qua uerbum, ὁ τύπτων, ὁ τύψας, ὁ τύψων: præter tria acutitona, ἰών, κιών, ἐών, à uerbis ἴω, κίω, ἔω.

Nominatiuus in ως uel ος, uel ων ab indefinito secundo, εις uel εν indefinitorum paßiuorum, acuuntur in ultima, τετυπώς, τετυφώς, τυπών, τυφθείς, τυπέν. Similiter actiua participia uerborum in μι, ζιδούς, ἱστάς. Desinentia in μενος omnia acuuntur in antepenultima, præter perfecta, quorũ acuitur penultima, τετυμμένος: in εις acuuntur in ultima.

Quæ per genera sic uariantur, ων, ουσα, ον, seruãt eundem tonum in omni genere, λέγων, λέγουσα, λέγον. In reliquis fit mutatio toni per genera & casus, quemadmodum in nominibus.

DE ARTICVLIS.

Articuli præpositiui semper habent spiritum aut tonum, sed nunquã utrunq;. Subiunctiui utrũq; habent. Nominatiui & Accusatiui præpositiuorũ non aspiratorum grauantur, Genitiui & Datiui circũflectũtur.

DE PRONOMINIBVS.

Ἐγώ & σύ, in singulari & duali semper sunt acutitona, exceptis genitiuis, & accusatiuo duali circunflexis. In plurali semper circunflectuntur.

ὅς in singulari & duali acuitur, dēptis genitiuo & dtō singularibus circūflexis, in plurali circūflectitur.

ἐμός, σός, & αὐτός in omni genere acutitona: τίος, ἑός, acuuntur in penultima.

Desinentia in ερος, acuuntur in antepenultima.

οὗτος, ἐκεῖνος circunflectuntur in penultima, & uariantur per genera & casus more Nominum.

DE PRAEPOSITIONIBVS.

Præpositiones omnes in fine acuuntur, præter ἐν, εἰς, & ἐξ, quæ carent accentu.

Omnes præpositiones disyllabæ postpositæ suis nominibus, transferunt tonum apud poetas, ut ἐμῶν μέτα. Sed in oratione soluta solùm περί postponitur nominibus, & transfert tonum, τούτων πέρι.

Acuuntur etiam in antepenultima, quoties uerborum loco accipiuntur, πάρα pro πάρεσι, adest. πέρι, pro περίεσι, excellens est.

Omnis præpositio incipiens à uocali, tenuem habet spiritum, præter ὑπό & ὑπέρ.

DE ADVERBIIS.

Aduerbia quæ descendūt à genitiuis pluralibus mutatione ν, in σ, eum habent tonum quē genitiui, ut αἰσχρῶς, quia ab αἰσχρῶν, & μόνως, quia à μόνων.

Aduerbia interrogatiua disyllaba acuūt penultimā,

ποτὲ,ποθὲν,πόσον. Monoſyllaba circunflectuntur, ποῦ,πῶς. Quem tonum habeant dum infinitè capiãtur, uide infra de Encliticis aduerbiis.

Deſinentia in υ circunflectuntur, ut νῦν, γοῦν.

ὄφελον,ἐπέκεινα, acuuntur in antepenultima, utpote compoſita ex trochaicis.

Ναί & εἰ, dum extenduntur per θε & χι, ut εἴθε ναίχι, non uertunt tonum acutum in circunflexum. Nã extenſione dictionum indeclinabilium non mutant acutum tonum.

DE CONIVNCTIONIBVS.

Copulatiuæ acuuntur, præter ἤτοι.

Cauſales acuuntur in antepenultima, ſi eam habeant. Si uerò eam non habeant, in penultima, ὄφρα, ἕνεκα, οὕνεκα. At δ' ὅ, & καθ' ὅ, duas continent dictiones.

Diſiunctiuæ ſunt acutitonæ, ἤ, ἠέ, præter ἤτοι, certè, ut, ſimiliter ᾗ ubi, quatenus, qui. Circunflectuntur nec diſiunctiuæ.

Continuatiuæ acuuntur, ἐπεί, ἐπειδή, quibus dum adijcitur περ, eundem ſeruant tonum, ἐπείπερ, ἐπειδήπερ.

Aduerſatiuæ acuuntur in penultima, ὁμοίως, ἔμπης: ἀλλά, & ἀλλαμήν, acuuntur: uerùm dum ἀλλά poſtponitur, non ſeruat tonum in eadem, quemadmodum de præpoſitione dictum eſt.

ἆρα illatiua, igitur, circunflectit priorem.

ἄρα utique, particula expletiua, acuit eam.

Non possunt certæ regulæ tonorum tradi, quæ omneis uoces Græcas in uniuersum complectantur, quare si quæ his præceptiunculis cognosci nequeant, eæ ex usu scribendi, & exemplis percipientur.

DE INCLINATIVIS.

Dictiones Encliticæ proprium tonum quandoque transferunt, quandoque amittunt, quandoque seruant suo loco.

Transferunt in dictionis præcedentis ultimā syllabā, eam uidelicet acuendo, dum dictio præcedens est προπαροξύτονον, aut προπερισπώμενον Trochaicū, aut προπερισπώμενον, ut ἤκουσά τινος, ἄνδρά μοι, ἦλθέ ποτε. Quo fit, ut tunc dictio una duos possideat tonos, nempe suum, & eum quem transfert inclinatiua. In omnibus aliis inclinatiua si sit monosyllaba, amittit suum tonum, σοφός τις, σοφῶν τε, ἀτρείδης τε, πάτρος γε, πλέκον τε. Si uerò disyllaba sit, præcedente ὀξυτόνῳ, uel περισπωμένῳ, amittit tonum suum, καλόν τινα, οὗ τινος: aliâs seruat, ἀνθρώπου τινός. Nunquàm duæ dictiones inclinantur simul: quare dū Encliticæ concurrunt, non reijciūt tonū in eandē syllabam, sed quæ prior est, in ultimā syllabam dictionis præcedentis, si capax sit: & quæ est posterior, reijcit in priorem encliticam, ἄνθρωπός τίς ποτε, uir quispiam, σοφός τίς εἰ, sapiens quispiam es, ἀνθρώπου τινός ἐστιν. In omnibus partibus orationis inueniemus encliticas, præterquàm in participiis & articulis.

Ex Nominibus habemus τις infinitum cum obliquis,

ἦλθέ

ἄλλῃ δὲ τῷ, καὶ τινα. Et cum æquiualentibus, ueluti τοῦ & τοῦ ualens τινός, & τῷ ualet τινί, ut οὔτε τῷ ἄλλῳ.

Sed τίς interrogatiuum cum obliquis, non inclinat accentum, ut suprà diximus.

Ex uerbis εἰμί, φημί, cum reliquis personis præsentibus, φέρτερός εἰμι, σῶματός εἰ ἀγαθοῖο, μακάριόν φημι, φῆς, φησί, φασί.

Item dictio ἐστὶ non inclinat, sed tonũ habet in prima, quum est initium orationis, ἔστι πόλις ἐφύρη. Aut quando postponitur immediatè his dictionibus, οὐκ, ὡς, καὶ, εἰ, ἀλλὰ, τοῦτο, ut οὐκ ἔστιν, ὡς ἔστιν, εἰ ἔστιν, ἀλλ' ἔστιν, τοῦτ' ἔστιν. Aliàs accentum inclinat, οἶκός ἐστι, καλός ἐστι, κακός ἐστιν, ἑρμῆς ἐστιν. Idq; si dictio præcedens sit apta inclinationi: nam si inepta, accentum habet in ultima, λόγος ἐστίν, ἥρως ἐστίν, μάντις ἐστίν.

Quando autem dictio præcedens est apta inclinationi, dictum est pagina superiori.

Eadem ratio est in condecliuis εἰμι, εἰσί, ἐστε, & ἐσμὲν. ἐσμὲν ἡμεῖς πάντες ἄνθρωποι, ἄνθρωποί ἐσμεν, καὶ ἐσμεν ζῶντες, μάντεις ἐσμέν. Similiter in aliis.

Pronomina hæc semper inclinant, μου, μοῦ, μοι, με, τοι, σφιν, σφωε, κλῦθί μευ, γάρ μοι, καί με. Verùm ἐμοῦ, ἐμεῦ, ἐμοί, ἐμέ, non inclinant.

Hæc uerò modò inclinant, modò non inclinant, σοῦ, σεῦ, σέο, σοί, σέ, ἑο, εὖ, οἱ, ἑ, ἕθεν, σφίν, σφων, σφί-

σι,σφίας. Sunt autem enclitica, quando absolutè dicuntur, & non referuntur appositione ad aliam personam: aut cùm ex superfluo adijciuntur: si uerò dicantur emphaticè aut discretiuè, aut si per appositionem referantur ad aliam personam, non sunt enclitica, ἤκουσά σου, audiui te, & non alium: ἤκουσα σοῦ τῷ πέτρου, audiui te Petrum.

Aduerbia interrogatiua, accepta indefinitè, inclinant: accepta interrogatiuè non inclinant, πόθεν ἦλθες; unde uenisti? ἦλθέ ποθεν, uenit alicunde: πότε τουτ' ἔστιν; quando hoc est? τοῦτ' ἐστί ποτε, quandoque. πῶς οἶδας; quo pacto nouisti? οἶδά πως, noui aliquomodo. Sic τη που πω, & si qua sunt alia similia.

Coniunctiones inclinatiuæ sunt, τε, τοι, κε, κεν, γε, γαρ, νυ, περ, θην, που, & νυν pro dum. Nam νῦν nūc, aduerbium, & non inclinatur.

Item ρα encliticum est, quod descendit ab ἄρα: ἄρα autem non est encliticum, sicut nec obliqua pronominis ἐγώ, uidelicet ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ, dum seruant priorem uocalem: quam dum abijciunt, sunt enclitica, quatenus suprà dictum est.

ΤΕΛΟΣ.

περὶ προσῳδιῶν.



Ροσῳδία, ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς, κατὰ τὸ ἀπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη, μετά τινος τῶν συνεζευγμένων περὶ μίαν συλλαβὴν, ἤτοι κατὰ συνήθειαν διαλέκτου ὁμολογουμένης, ἢ κατὰ τὸν ἀναλογητικὸν ὅρον καὶ λόγον. οἱ ὁρισμοὶ ἀπὸ γένους καὶ συστατικῶν διαφορῶν συνεστήκασι· κἀνταῦθα, τὸ μὲν ποιὰ τάσις, ἀντὶ γένους ἐστὶ, καθολικὴ γάρ ἐστι τῶν χειρὸς καὶ ποδῶν, καὶ λίθων καὶ ξύλων, καὶ ἄλλων λέγεται. τὸ δὲ ἐγγραμμάτου καὶ τὰ λοιπὰ, ἀντὶ συστατικῶν διαφορῶν. ἡ προσῳδία φωνῆς ποιά ἐστιν, ἢ ποιότητά τινα ἔχει. ἢ γὰρ ἐπιτεταμένη ἐστὶν, ἢ ἀνειμένη, ἢ μέση, τουτέστιν ἢ ὀξύτονος, ἢ βαρύτονος, ἢ περισπώμενος. ἐπειδὴ ἡ φωνὴ διττή ἐστιν, ἔναρθρος καὶ ἐγγράμματος, ὡς ἡ ἐκ διανοίας ἀνθρωπίνης προπεμπομένη καὶ ἄναρθρος, ἤγουν γραφῆναι μὴ δυναμένη, ὡς ἡ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ὁ ἦχος ὁ ἀπὸ σιδήρου ἢ ξύλου ἢ τοιούτου τινὸς γινόμενος· καὶ ἢ σημαντική ἐστιν, ἢ ἀσήμαντος. καὶ ἄναρθρος σημαντικὴ, ὡς ἡ τοῦ κυνὸς ὑλακή. σημαίνει γὰρ παρουσίαν τινὸς ἐπιδημήσαντος. ἄναρθρος ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἐκ λίθων ἦχος γινόμενος· ἔναρθρος ἀσήμαντος ὡς σκινδαψὸς, βλίτηρι. ἔναρθρος σημαντικὴ, ὡς ὕδωρ, θάλασσα,

Leg. βλίτυρι. Suid. βλίτυρι, χορδῆς μίμημα. Phavorin. v. λόγος p. 241. versa ... p. 200. a. extr.

λασα, ἢ ὅσαι κατὰ πραγμάτων φωναὶ τίθενται. ἐπεὶ οὖν καὶ ἄναρθροι φωναί εἰσι τάσιν ἔχουσαι, ὡς αἱ ἀπὸ σιδήρων καὶ ξύλων, ἃς οὐκ ἂν κυρίως φωνὰς εἴποιμεν, διὰ τοῦτο προσέθηκεν ἐγγραμμάτους. ἐπεὶ δ' εἰσὶ μὲν καὶ ἐγγράμματοι φωναί, οὐ δηλοῦσι δέ, τούτου χάριν εἶπεν ὑγιοῦς. ἤγουν σημαινούσης τι. προσῳδίαν τάσιν φησίν, οὐκ ὀφείλει ὡς ἔτυχεν, ἐκφέρεσθαι, ἀλλ' ὑγιῶς καὶ ὀρθῶς, κατὰ τὸ ἀπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένην. ὀρθὴ τάσις, ἡ κατὰ ἀπαγγελίαν τῆς λέξεως ἐκφέρεται. τὸ ἁγνὸς εἰ μὲν σημαίνῃ τὸν καθαρόν, ὀξύνεται· εἰ δὲ τὴν βοτάνην, ἄγνος λέγεται, καὶ προπαροξύνεται. τὸ ἀργὸς εἰ μὲν ὀξύνεται, σημαίνει τὸν ῥάθυμον. εἰ δὲ προξύνεται, Ἄργος λέγεται, καὶ σημαίνει ὄνομα πόλεως. δεῖ οὖν φησί, τὴν ὀρθὴν τάσιν, κατὰ τὴν σημασίαν τῆς λέξεως ἐκφέρεσθαι, τὸ δὲ μετά τινος τῶν συνεζευγμένων περὶ μίαν συλλαβήν, τοῦτο δηλοῖ, ὡς οὔτε τόνος χωρὶς χρόνου εὑρίσκεται, οὔτε χρόνος χωρὶς τόνου, ἀλλ' οὐδὲ πνεῦμα αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐκφέρεται, ἀλλὰ μετ' ἀλλήλων. εἰσὶ χρόνοι β. μακρὸς καὶ βραχύς· πνεύματα δύο, δασὺ καὶ ψιλόν· τόνοι τρεῖς, ὀξύς, βαρύς, περισπώμενος. ταῦτα χωρὶς ἀλλήλων οὐκ ἐκφωνεῖται. τὸ ἥλιος ὄνομα ἔχει καὶ χρόνον μακρὸν τὸ, η, καὶ πνεῦμα τὸ δασύ, καὶ τόνον τὴν ὀξεῖαν, ἰδοὺ καὶ χρόνος καὶ τόνος καὶ πνεῦμα. ὁ τόνος χωρὶς πνεύματος ἐκφέρεται, καὶ πνεῦμα χωρὶς τόνου· ἄνευ δὲ χρόνου, οὔτε πνεῦμα,

πνεῦμα, οὔτε τόνος, ὥσπερ οὐδὲ χρόνος. ἄνευ τούτων συνεζευγμένα, τοὺς χρόνους, τοὺς τόνους καὶ πνεύματα ὀνομάζει, ὅτι καὶ τὸν τῆς προσῳδίας ὅρον ἐπιδέχονται ταῦτα. τὸ δὲ ἤτοι κατὰ συνήθειαν διαλέκτου ὁμολογουμένη, ἤτοι κατὰ τὸν ἀναλογητικὸν ὅρον καὶ λόγον, τοὺς τρόπους διδάσκει, καθ' οὓς αἱ προσῳδίαι ἐκφέρονται. κατὰ διάλεκτον προάγονται, κατὰ ἀναλογίαν, καὶ κανόνα. ἀναλογίαν λέγει τὴν τῶν ὁμοίων παράθεσιν. τὸ μὲν ὅμοιος κατὰ ἀναλογίαν ἐκφέρεται· τὰ γὰρ διὰ του, οιος. ἅπαντα προπερισπῶμεν, ὁ ἑτεροῖος, παντοῖος, γελοῖος. καὶ Ὅμηρος τῇ ἀναλογίᾳ ἀκολουθῶν, αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ποτὶ τὸν ὁμοῖον φησίν, οἱ δὲ ἀττικοὶ ὅμοιος λέγουσι. καὶ ἡμεῖς μὲν ἀναλόγως τρόπαιον λέγομεν, ὡς ἔλαιον, σπήλαιον, οἱ δὲ ἀττικοὶ τροπαῖον. τὸ Ἀχιλλεὺς καὶ πηλεὺς ἡμεῖς ὀξύνομεν, οἱ δὲ αἰολεῖς βαρύνουσιν. οὕτω καὶ τὸ εἱρκτὸς οἱ ἀττικοὶ δασύνουσιν, ἡμεῖς δὲ ψιλοῦμεν. οὐ μόνον οἱ τόνοι εἰσὶ προσῳδίαι, ἀλλὰ καὶ οἱ χρόνοι, καὶ πνεύματα· καὶ γὰρ οἱ χρόνοι τάσιν ἔχουσι, καθὸ ὁ μὲν αὐτῶν ἐκτείνεται, ὁ δὲ συστέλλεται. καὶ τὸ μὲν ἐπιτεταμένως πρόεισιν ἐκ τοῦ θώρακος· τὸ δὲ διὰ ἄκρων τῶν χειλέων συνεσταλμένως. Η προσῳδία διαιρεῖται εἰς τόνους, εἰς χρόνους, εἰς πνεύματα, καὶ εἰς πάθη. ζητητέον κατὰ ποῖον τρόπον τῆς διαιρέσεως διαιρεῖται αὕτη. ὀκταχῶς γὰρ ἡ διαίρεσις, ἀπὸ γένους εἰς εἴδη, ὡς τὸ ζῶον εἰς ἄνθρωπον καὶ ἵππον· ἢ τὸ φυτὸν εἰς ἐλαίαν καὶ ἄμπελον. ἢ ἀπὸ εἴδους εἰς

ἄτομα,

ἄτομα, ὡς ἄνθρωπος, εἰς τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους. ἢ ἀπὸ ὅλου εἰς μέρη. καὶ αὕτη διχῶς, ἢ εἰς ἀνομοιομερῆ, ἢ εἰς ὁμοιομερῆ. εἰς ὁμοιομερῆ μὲν, ὅταν καὶ τοῦ ὀνόματος ὅλου καὶ ἀλλήλωμ μετέχωσι τὰ μέρη, καὶ τοῦ ὁρισμοῦ. ὁ μέγας λίθος τέμνεται εἰς μικρὰ λιθίδια, ἅτινα καὶ τοῦ ὅλου λίθου τὸ ὄνομα, καὶ ἀλλήλωμ ἔχει τὸμ ὁρισμόμ. εἰς ἀνομοιομερῆ, ὡς ὅταν τὴν κεφαλὴν διέλωμεν εἰς ῥῖνα, ὀφθαλμούς, ὦτα. ταῦτα δὲ οὔτε παρὰ τοῦ ὅλου ὀνόματι λέγονται, οὔτε παρ' ἀλλήλων, οὔτε τὸμ ὁρισμὸμ τοῦ ὅλου δέχονται. ἢ ἀλλήλωμ, ἢ ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα, ὡς ἡ κύωμ φωνὴ διαιρεῖται εἰς τὸμ ἀστρῷομ, θαλάσσιομ, χερσαῖομ. ἢ ἀπὸ οὐσίας εἰς συμβεβηκότα, ὡς ὅταν εἴπωμεν, τῶν ἀνθρώπωμ οἱ μέν εἰσι λευκοί, οἱ δὲ μέλανες. ἢ ἀπὸ συμβεβηκότωμ εἰς συμβεβηκότα, τῶν λευκῶν τὰ μέν εἰσι θερμὰ, ὡς ἡ ἄσβεστος. τὰ δὲ ψυχρά, ὡς χιώμ. καὶ ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἕμ, ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς τὸ ἰατρικὸμ βιβλίομ, τὸ ἰατρικὸμ ἐργαλεῖομ, ἀφ' ἑνὸς γὰρ τῆς ἰατρικῆς, πρὸς ἓμ τὴν ὑγείαν ἀφορῶσιμ. ἔνιοι μὲν οὖν ἔφασαν ὅτι ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενά ἐστιμ ἡ διαίρεσις. οὐ καλῶς δὲ λέγουσι, διότι ἐπὶ τῶν ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα διαιρουμένωμ, οὐχ εὑρίσκεταί τι κοινόμ, ὃ τὸμ ὁρισμὸμ ἐπιδέξονται πάντα, οἷομ ὁ ἀστρῷος κύωμ, οὐκ ἐπιδέξεται τοῦ ζώου τὸμ ὁρισμόμ. ἐνταῦθα δὲ καὶ οἱ

χρόνοι

χρόνοι καὶ τὰ πνεύματα, καὶ οἱ τόνοι, ἐπιδέχονται τὸν τῆς προσῳδίας ὁρισμόν, πλὴν τῶν παθῶν, ἅτινα οὐ κυρίως δείξομεν προσῳδίας. ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι ἀπὸ ὅλου εἰς μέρη ὁμοιομερῆ γέγονεν ἡ διαίρεσις, ἐπεὶ καὶ τὸν ὁρισμὸν τοῦ ὅλου ἐπιδέχονται καὶ τὸ ὄνομα, καὶ προσῳδίαι καλοῦνται οἱ τόνοι, οἱ χρόνοι, τὰ πνεύματα, καὶ τῆς προσῳδίας τὸν ὅρον ἐπιδέχονται. ἀλλ' ἀπιθάνως, οὗτοι φασίν, ὅτι πάντα τὰ ἀπὸ ὅλων εἰς μέρη ὁμοιομερῆ διαιρούμενα, οὐ μόνον τοῦ ὅλου τὸν ὁρισμὸν ἐπιδέχονται καὶ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων. ἐνταῦθα δὲ οἱ τόνοι, οὐ καλοῦνται χρόνοι, οὐδὲ οἱ χρόνοι, τόνοι, οὐδὲ τὸν ὁρισμὸν ἀλλήλων ἐπιδέχονται, ἀλλ' οὐδὲ εἰς ἀνομοιομερῆ μέρη. διότι τὰ ἀνομοιομερῆ, οὔτ' ἀλλήλοις, οὔτε τῷ ὅλῳ ὁμωνύμως λέγεται. ἀλλ' οὐδὲ τὸν ὁρισμὸν ἐπιδέχονται τῷ ὅλῳ τὸν αὐτόν. ἡ χείρ, οὐ κληθείη ἄνθρωπος, οὐδὲ τὸν ὁρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐπιδέξεται. ἔτι δὲ οὐδ' ὡς γένος εἰς εἴδη. εἰ γὰρ καὶ τὸν ὁρισμὸν ἐπιδέχεται καὶ τὸ ὄνομα τῆς προσῳδίας ὥσπερ τὰ εἴδη τοῦ γένους, ἀλλὰ τὰ εἴδη ὁλόκληρόν τι ἀποτελοῦσιν, οἷον ὁ ἐπιστάμενος ἐν μόνον εἶδος τῆς ῥητορικῆς, τέλειος ῥήτωρ ἐστίν. ὁ δὲ ἐπιστάμενος τοὺς τόνους μόνους ἀκριβῶς, οὐχὶ καὶ τοὺς χρόνους, καὶ τὰ πνεύματα, οὐκ ἔστι τέλειος γραμματικὸς κατὰ τοῦτο. τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ ὑπὸ οὐδεμίαν διαίρεσιν ἀναγομένης τῆς προσῳδίας,

σῳδίας, ὁ Φιλόπονος λέγει. ὃς καὶ περὶ τῶν
προσῳδιῶν διαλαμβάνει, ὡς οὐκ ἔστιν αὕτη διαί-
ρεσις, ἀλλ' ὑποδιαίρεσις. διαίρεσις γὰρ τῆς γραμ-
ματικῆς ὡς ὅλου εἰς μέρη, εἰς ταῦτα τὰ δ. ἀνα-
γνωστικὸν, ἐξηγητικὸν, διορθωτικὸν, καὶ κριτι-
κόν. τὸ ἀναγνωστικὸν ὑποδιαιρεῖται εἰς ὑπόκρι-
σιν, προσῳδίαν, διαστολήν. ἡ δὲ προσῳδία, εἰς
τόνους, εἰς χρόνους, εἰς πνεύματα, καὶ πάθη. τὰ
δὲ πάθη, οὐκ εἰσὶ κυρίως προσῳδίαι, ἀλλὰ κατα-
χρηστικῶς. αἱ, ζ, προσῳδίαι ἐπάνω φωνηέντων τί-
θενται. τῶν δὲ τριῶν τούτων, ἡ μὲν μία ἡ ἀπό-
στροφος, ἐπάνω συμφώνων τίθεται, ἐπ' ἐμοῦ.
ἐπάνω γὰρ τίθεται τοῦ συμφώνου τοῦ ὄντος τε-
λευταίου τῆς πρώτης λέξεως, δηλοῦσα ὡς ὧδε
πάθος γέγονε, καὶ φωνῆεν ἦν μετὰ τοῦ συμφώ-
νου, καὶ ἀπεστράφη. ἡ δὲ ὑφὲν καὶ ὑποδιαστο-
λὴ, ὑποκάτω τίθενται. καὶ ἡ μὲν ὑφὲν δηλοῖ ἕ-
νωσιν, ὡς φιλόθεος, ἀρχομένη ἀπὸ τοῦ τελευ-
ταίου φωνήεντος τῆς πρώτης λέξεως, καὶ τὴν με-
τὰ ταῦτα λέξιν ὁμοῦ συμπεριλαμβάνουσα. ἔ-
στιν, οὕτως. εἰ μὲν βούλει εἰπεῖν, ὑπάρχει ὠτίον,
τίθης τὴν ὑποδιαστολὴν ὑποκάτω τοῦ ν. καὶ
τὰ τρία ταῦτα, ἡ ἀπόστροφος, ὑφὲν, καὶ ὑπο-
διαστολὴ, οὐκ ἐγένοντο ἀπὸ στοιχείων. αἱ δὲ, ζ,
προσῳδίαι, ἀπὸ στοιχείων τὴν γένεσιν ἔχουσιν.
ἡ μὲν ὀξεῖα, καὶ βαρεῖα, ἀπὸ τοῦ, λ, στοιχείου. ἡ δὲ
περισπωμένη καὶ μακρὰ καὶ βραχεῖα, ἀπὸ τοῦ θ.
ἡ δὲ δασεῖα καὶ ψιλὴ, ἀπὸ τοῦ, η. οὕτω ὅρος τῆς προσῳ-

Signum ῠ, quod in medio voce extat
est nota ... hyphen.

δίας

Δίας ἁρμόζει τοῖς πάθεσιν. ὁμωνύμως ὅσῳ λέγοντι καὶ συνωνύμως. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ταύταις πρὸς τὰ πάθη ἄδονται αἱ φωναὶ, διὰ τοῦτο προσῳδίαι λέγονται. ἐν τῷ, ἀντ' ἐμοῦ, βλέπων τὴν ἀπόστροφον, οὐ λέγω ἀντὶ ἐμοῦ, ἀλλ' ἀντ' ἐμοῦ. ἐν τῷ χειρίσοφος, βλέπων τὴν ὑφὲν, οὐ λέγω, χειρὶ σοφός. καὶ ἐν τῷ οὐκ ἔστιν, ἄξιος, πείθει μοι ἡ ὑποδιαστολὴ ὑποκάτω τοῦ, ν, κειμένη, λέγειν ἄξιος. ὥστε κατὰ τὴν ἐτυμολογίαν λέγονται τὰ πάθη προσῳδίαι, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ὅρον.

ΤΕΛΟΣ.

Τῶν φωνῶν.

αἱ μὲν ἔναρθροι καὶ ἐγγράμματοι, ὡς αἱ τῶν ἀνθρώπων.	αἱ δὲ ἄναρθροι, καὶ ἀγράμματοι, ὡς αἱ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ οἱ ἀπὸ ἀψύχων γινόμενοι ἦχοι.

Τῶν δὲ ἐνάρθρων		Τῶν δὲ ἀνάρθρων.	
αἱ μὲν σημαντικαί. ἔναρθρος σημαντική, ὡς ὕδωρ, θάλασσα.	αἱ δὲ ἀσήμαντοι. ἔναρθρος ἀσήμαντος, σκινδαψός, βλίτυρι.	αἱ μὲν σημαντικαί. ἄναρθρος σημαντική, ἡ τοῦ κυνὸς ὑλακή.	αἱ δὲ ἀσήμαντοι. ἄναρθρος ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἐκ λίθων καὶ ξύλων ἦχος.

Sequitur de dia

LECTIS DIVERSIS DE-

clinationum Græcaniarum tam in uerbis, quàm nominibus, libellus longè utilissimus: ex Corintho, Ioanne Grammatico, Plutarcho, Ioanne Philopo. atque aliis eiusdem classis, collectore Hadriano Amerotio, in gratiam illorum, qui Poëtas Græcos intelligere cupiũt. Quẽ non absque ratione recenti huic de Accentibus opusculo adiecimus: tùm quòd ipsa libellorum exiguitas & concinnitas quodammodo id requireret: tùm etiam ut studiosis, quæ ipso argumento & materia non admodùm diuersa, in idem ferè coinciderent, coniuncta hoc pacto traderemus.

De declinatio-

NIBVS ET CONIVGA- *tionibus Græcis, secundum uaria idiomata.*



GRAECORVM *linguæ tot penè sunt, quot nationes: ex his tamen præcipuè quinque celebrantur,* ἀτθὶς, αἰολὶς, ἰωνὶς, Δωρὶς, *&* κοινὴ, *id est,* Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, Communis: *quarũ communis non alicui genti peculiaris habetur, ut cæteræ: sed ea est, qua communiter ac promiscuè Græci omnes utuntur.*

Quemadmodùm Iones α *in* η *mutare consueuerunt, præterquam in nominibus* Doricis *(ea autem sunt quæ terminantur in* ας, *in quibus declinatio* Dorica *in communi usu recepta est, quæ in compendio* Grammaticæ *nostræ* Græcæ *traditæ sunt:) ita* Ionibus *contrarij* Dores, η *in* α *in omnibus partibus orationis cuiuscunque numeri, casus & personæ fuerint, ut,*

Communiter	Ionicè.
ὁ ἑρμείας	ὁ ἑρμείης Hermeas.
ὁ αἰνείας	ὁ αἰνείης Aeneas.

ἡ σοφία

ἡ σοφία	ἡ σοφίη	ſapientia
ἡ ἡμέρα	ἡ ἡμέρη	dies
Communiter.	Doricè.	
ὁ χρύσης	ὁ χρύσας	chryſas
ὁ κρονίδης	ὁ κρονίδας	ſaturnides
ἡ τιμὴ	ἁ τιμὰ	honor
φιλήσω	φιλάσω	diligam.

¶ Prima declinatio duntaxat in genitiuis ſingulari & plurali uarietatem idiomatum recipit. Nam genitiuus ſingularis in ου Communiter, in α Doricè, in αι Aeolicè & Bœoticè, & in εω Ionicè deſinit, ſed genitiuus Ionicus apud poëtas ſyncopen uocalis ε patitur. Genitiui autem ſingulares in α, ο, uel ω deſinentes, adiecta litera ν formant genitiuos plurales, ſed ο in ω conuerſo. Secundæ declinationis tantùm genitiuus pluralis uariatur idiomatibus iiſdem, & eodem modo, quo genitiuus pluralis primæ. Hæ genitiuorum formationes his dictionibus continentur, φρουδα, ἔβαο, ἱέω, παχνόωμ.

Exempla.

Genitiui ſingularis. Pluralis.

Primæ Primæ Secundæ

ὁ ἑρμείας, τοῦ
- ἑρμείου φροῦ — ἑρμειῶμ ἡμερῶμ Cõiter
- ἑρμεία δα τοῦ — ἑρμειᾶμ ἡμερᾶμ Doricè
- ἑρμείαο ἔβαο — ἑρμειάωμ ἡμεράων Ae.B.
- ἑρμειέω ἱέω — ἑρμειέωμ ἡμερέωμ Ionicè
- ἑρμείω Poët. p ſyncopẽ: ſic βορέω ex βορείω

Primæ declinationis uocatiuus singularis in α desinens, pro nominatiuo usurpatur à poëtis, ut,

ὁ ἀρχύτα } pro { ὁ ἀρχύτας archytas
ὁ μητιέτα } pro { ὁ μητιέτης prudens
ὁ θυέστα } pro { ὁ θυέστης thyestes

Tertia declinatio tantùm in genitiuo singulari & duali & accusatiuo plurali uaria idiomata admittit: siquidem genitiuus singularis in ου communiter desinens, in οιο more Thessalico, Attico, & Ionico, & in ω Doricè terminatur. Genitiuus dualis inter οι & ν assumit ι, more Ionico. Accusatiuus pluralis in ως & in ος Doricè desinit: has terminationes continent hæ dictiones, γούνοιο, θαλαττίων, ὧδε, ἄλλωρος.

Exempla.

ὁ λόγος, τοῦ { λόγου, λόγοιο, γούνοιο, θαλαττίων, .i. genitiuus in οιο Thessalicus, Atticus, Ionicus.
λόγω, ὧδε genitiuus in ω Doricus.

τοῖν { λόγοιν, λόγοιιν Ionicè. τοὺς { λόγους Communiter. λόγως Accusatiuus Dori. λόγος in ως & in os

Hæc neutra nomina ἄλλο, τοιοῦτο, τοσοῦτο, τηλικοῦτο, id est, aliud, tale, tantùm: & pronomina αὐτὸ, τοῦτο, ἐκεῖνο, id est, ipsum, hoc, illud, per remotionem literæ ν, dicta sunt, quanquam etiam in ον eorum pleraque desinere comperiuntur. Vnde eorum quoque declinationem adhuc retinent, cùm genitiuum in ου, & datiuum in ῳ mittant.

De nominibus his quæ Proschematismum, Metaplasmum, uel Apocopen patiuntur.

Quæ Proschematismum patiantur.

Datiuis pluralibus in σ terminatis, Dores, Attici, & Iones, ι, uocalem per Proschematismum adiungere solent, sed αις terminationem datiui pluralis in ῃς conuertunt Iones, ut,

ἀτρείδαις ἀτρείδαισι ἀτρείδῃς ἀτρείδῃσι
μούσαις μούσαισι μούσῃς μούσῃσι
λόγοις λόγοισι τοῖς τοῖσι
τοῖσδε uero accipit σι, ut τοῖσδεσι.

Quarta declinatio Attica est: eius tamen genitiuo singulari poëtæ adiungere solent ο, per proschematismum, ut,

ὁ πεπῶς — πεπῶ — πεπῶο — adiuncto ο
ὁ ταλαῶς — ταλαῶ & — ταλαῶο — p Proschematismum
ὁ μίνως — μίνω — μινῶο
ὁ ἀνδρόγεως — ἀνδρόγεω — ἀνδρογεῶο poëticè.

Nomina & Pronomina Proschematismum syllabæ φι pati solent apud Poëtas, fiuntq́; indeclinabilia, quorum casus & numeri ex sola orationis sentētia discerni possūt: sunt enim cuiuslibet casus & numeri, ut,

ἡ { ἑτέρα — altera — ἑτέρηφι
οὐρανία — urania — οὐρανίαφι
ἐσχάρα — craticula — ἐσχάραφι
εὐνή — cubile — εὐνῆφι

ἡ	νεῦρα nervus	νεῦρῆφι
	ἀγέλη armentum	ἀγέληφι
	εὐνὴ prima mensis	εὐνῆφι
	βία violentia	βίηφι
	φρήτρη cognatio	φρήτρηφι
	θύρα ianua	θύρηφι
	παλάμη palma	παλάμηφι
ὁ	πόντος pontus	πόντοφι
	στρατὸς exercitus	στρατόφι
	δεξιὸς dexter	δεξιόφι
	χαλκὸς æs	χαλκόφι
τὸ	ἴκριον tabulatum	ἰκριόφι
	ὀστέον os	ὀστεόφι
	δάκρυον lachrymæ	δακρυόφι
	ὄρος mons	ὄρεσφι
	στῆθος pectus	στήθεσφι
	ἡ κοτυληδὼν coxa	κοτυληδονόφι
	ὁ αὐτὸς ipse	αὐτόφι

Quæ metaplasmum patiantur.

Datiuus singularis secundæ declinationis, item datiuus singularis & pluralis tertiæ, & accusatiuus singularis eiusdem, Metaplasmum patiuntur, ut,

τῇ ὑσμῖνι	ὑσμίνῃ	bello
τῇ ἀλκὶ	ἀλκῇ	robori
τῷ κλαδὶ	κλάδῳ	ramo
τῷ πολυπάταγι	πολυπατάγῳ	multistrepo.

τῷ	διχόμηνι		διχομήνῳ	semilunio
	μελίκρατι		μελικράτῳ	mulso
	λιτὶ		λιτῷ	lineo pāno
τοῖς	ἄστρασι		ἄστροις	astris
	ἔγκασι		ἐγκάτοις	intestinis
	πρόβασι	pro	προβάτοις	ouibus
	πετάλσι		πετάλοις	foliis
	ἀνδραπόδεσσι		ἀνδραπόδοις	mancipiis
	προσώπασι		προσώποις	personis

Quæ patiantur apocopen.

Secunda declinatio patitur apocopen, ut γλὴν pro γλήνη, id est, pupilla. Itidem & Tertia, ut

τὸ	ἄλφι	pro	ἄλφιτον farina
	ἔρι		ἔριον lana
	τρόφι		τρόφιμον nutritum
τὸ	κάρα	pro	κάρηνον caput
	κρῖ		κρῖμνον ordeum
	γλάφυ		γλάφυρον antrum

Quinta declinatio etiam apocopē patitur in omnibus casibus singularis numeri.

In Ntō, ut τὸ	σκέπα	p	σκέπασμα tegmen
	ὕφα		ὕφασμα textura
	ἄλειφα		ἄλειφαρ pinguedo
	γάλα		γάλαξ lac
	δῶ		δῶμα domus
In Gtō, ut	τῷ αἴαν	p	αἴαντος, aiacis
	τῷ θόαν		θόαντος, thoantis

In Dtō,

	λαΐ	λαΐδι	pugnæ
	θέτι	θέτιδι	thetidi
In dtõ, ut τῆ	τρόπι pro	τρόπιδι	arinæ
	μάστι	μάστιγι	fauticæ
	παράκοιτι	παρακοίτιδι	uxori
	τῷ ἱδρῶ	ἱδρῶτι	sudori
In Accu-	ἀπόλλω	ἀπόλλωνα	Apollinẽ
satiuo, ut τὸ	ποσειδῶ pro	ποσειδῶνα	Neptunũ
	ἱδρῶ	ἱδρῶτα	sudorem

Sed ὁ καὶ ἡ κυὼν κυνὸς, id est, hic & hæc canis, Syncopen patitur literæ o per omnes numeros & casus. Nam κυὼν κυόνος declinandum erat.

Vocatiuum singularem quintæ declinationis in αν uel in ουν exeuntem, poëtæ, subtracto ν finali, per α & ου pronunciare solent, ut,

	Com.		Poet.
ὁ λαοδάμας	λαοδάμαν		λαοδάμα
ὁ πολυδάμας	πλυδάμαν		πλυδάμα
ὁ σιμοῦς	σιμοῦν		σιμοῦ
ὁ πλακοῦς	πλακοῦν		πλακοῦ

Nomina & Participia in ας quintæ declinationis, interiecto ι, per αις efferunt Aeoles, ut, τάλαις, μέλαις, θόαις, pro τάλας, μέλας, θόας, id est, miser, niger, thoas: sed αἴαις pro αἴας non dicitur, propter duarum diphthongorum αἰαι alternationem.

Datiuum pluralem Quintæ declinationis Iones & Aeoles à genitiuo singulari formant, ος in εσ conuersa, & addito σι, ut,

ὁ αἴας

ὁ αἴας	τοῦ αἴαντος	τοῖς ποσὶ	aiax
ἡ τρυγὼν	τῆς τρυγόνος	τοῖς ὄνεσι	turtur
τὸ βῆμα	τοῦ βήματος	τοῖς ἄποσι	gradus

Datiuis pluralibus in ι, ac tertiis personis uerborum omnium in ε uel ι desinentibus, communes quidem ν appendicem addere solent, sequente dictione à uocali incipiente: Attici uerò etiam sequente consonante: Iones nunquàm, utpotè qui in prædictis casibus & personis ι uel ε per Apostrophen elidant, ut,

ἀτρείδαισι	ἀτρείδαισιν	atridis
ἀτρείδησι	ἀτρείδησιν	atridis
μούσαισι	μούσαισιν	musis
μούσησι	μούσησιν	musis
λόγοισι	λόγοισιν	sermonibus
αἴασι	αἴασιν	aiacibus
αἰάντεσι	αἰάντεσιν	aiacibus
τρυγόσι	τρυγόσιν	turturibus
τρυγόνεσι	τρυγόνεσιν	turturibus
βήμασι	βήμασιν	gradibus
βημάτεσι	βημάτεσιν	gradibus
τύπτουσι	τύπτουσιν	uerberant
τύψουσι	τύψουσιν	uerberabunt
τυποῦσι	τυποῦσιν	uerberabunt
τετύφασι	τετύφασιν	uerberauerũt
τετύπασι	τετύπασιν	uerberauerũt
ἔτυπτε	ἔτυπτεν	uerberabat
ἔτυψε	ἔτυψεν	uerberauit

τέτυφε

τέτυφε	τέτυφεν	uerberauit
τέτυπε	τέτυπεν	uerberauit
ἔτυπε	ἔτυπεν	uerberauit
τίθησι	τίθησιν	ponit

De uerbis iuxta linguarum uarietatem.

ATtici duplex ττ pro duplici σσ pronunciant, ut θάλασσα, ὀρύσσω communiter, θάλαττα, ὀρύττω Atticè, id est, mare, fodio. Interdum etiam simplex σ in simplex τ commutant, ut σήμερον Cōmuniter, τήμερον Atticè, id est, hodie.

ου diphthongus Doricè mutatur in

ω ου diphthongum tribus modis mutant Dores. Nam in Nominibus si non ex crasi nata sit, in ω conuertunt, ut μοῦσα, βουκόλος communiter: μῶσα, βωκόλος Doricè, id est, musa, bubulcus: si uerò ex crasi proueniat,

ευ uertunt in ευ, idq; in Nominibus, Verbis, & Participiis, ut Δημοσθένεος, Δημοσθένους, Δημοσθένευς, id est, Demosthenis. ὀρχέονται, ὀρχοῦνται, ὀρχεῦνται, id est, saltant: ποιέουσα, ποιοῦσα, ποιεῦσα: etiam in futuris uerborum mediorum circunflexorum, ut κείσομαι communiter, κεισοῦμαι & κεισεῦμαι Dor. id est, iacebo. In participiis uerò fœmin.

οι uerborū grauitonorū præsen. temporis, in οι, ut

ἁ τύ-

ἡ τύπτουσα, γελάουσα Communiter, τύπτοισα, γελάοισα Doricè, id est, uerberans, ridens.

Verba in ζω, Dores per σδω pronunciant, ut συρίσδω, id est, fistula cano.

Nota Iones nihil contrahere, sed ubique dictionibus integris uti: Contractiones autem Atticorum esse, ut ἑσταέναι ἱέασι, & ἱέασι Ionicè, ἑστάναι, ἱᾶσι & ἴασι Atticè, id est, stetisse, mittunt, eunt.

Aduerte hæc duo uerba Attica ἱᾶσι & ἴασι, uariè cum præpositionibus componi. Nam utrunque cum his sex præpositionibus componitur, σὺν, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ: preterea solùm ἱᾶσι cum ἐν & πρὸ, & solùm ἴασι cum εἰς & πρὸς, non contra, ut,

συνιᾶσι	ἀνιᾶσι	καθιᾶσι	διιᾶσι
μεθιᾶσι	παριᾶσι.		
συνίασι	ἄνιασι	κάτιασι	δίασι
μετίασι	πάριασι.		

ἐνιᾶσι προϊᾶσι, non antepenacutè: εἴσιασι, πρόσιασι, non penanflexè.

Dores αει & αε in η contrahere solent sine ι subscripto, ut,

γελάεις	γελῆς	rides
πεινάεις	πεινῆς	fames
διψάεις	διψῆς	sitis
ζάεις	ζῆς	uiuis
ὁράεις	ὁρῆς	uides
κιρνάεις	κιρνῆς	misces

ἐγέλαες

ἐγέλαες	ἐγέλης	ridebas
ἐπείναες	ἐπείνης	famebas
ἐδίψαες	ἐδίψης	sitiebas
ἔζαες	ἔζης	uiuebas
ὥραες	ὥρης	uidebas
ἐκίσναες	ἐκίσνης	musabas

Sic in infinitiuo γελάειν γελῶ, πεινάειν πεινῶ, id est, ridere, famere. Hunc Doricum usum etiam Attici in plerisque uerbis receperunt, ut πεινῆς, διψῆσ, ζῆς, ζῶ, id est, fames, sitis, uiuis, uiuere.

Iones ab omnibus præteritis auferunt augmentum, itidem & poetæ, ut τύπτε, ἄκουσε, δέχθαι, δέκτο, pro ἔτυπτε, ἤκουσε, δεδέχθαι, ἐδέδεκτο, id est, uerberabat, audiuit, suscepisse, susceperat.

Sed interdum Aoristis non solum augmenta concedunt, uerum etiam primæ consonantis thematis reduplicationem tribuunt, ut κεχάροντο, gauisi sunt, κεκάδοντο, asserunt, ἐκλελάθοιτο, oblitus fuisset, ἐκλελαθέσθαι, oblitum fuisse, λελαβέσθαι, apprehendisse, πεπίθοντο, persuasi fuissent.

Hanc reduplicationem Aoristorum quidem Ioniam, præteritorum uero perfectorum Communem, non solum in Aoristis & Præteritis perfectis, sed in plerisque etiam thematis cernere licet, assumpto augmento, communi quidem ι, Ionico uero, ε, ut,

δῶ	διδῶ	do
πλῶ	πιπλῶ	impleo
κλήσκω	κικλήσκω	uoco
θῶ	τιθῶ	pono
χρῶ	κιχρῶ	utor
κάμω	κεκάμω	laboro
τμῶ	τέτμω	seco
κλῶ	κέκλω	iubeo
τλῦμι	τέτλημι	tolero

Si thema incipiat à s, ut sῶ, assumpto augmento ἱ, ut ἱsῶ, geminari non poterit prima consonans, quia producatur ι positione.

Quinetiam à uocalibus incipientia themata, augmentum commune ι uel ε Ionicum recipiunt, ut,

ex ἕω fit { ἑέω, ἕημι, ἕεμαι, & facta crasi duorum εε in η, ἧμαι, sedeo. ἱέω, ἵημι, ἵεμαι, id est, mitto.

Istiusmodi augmentum ε, præponere solent Attici præteritis ab ω incipientibus, tam perfectis, quàm imperfectis, ut

ὥρaον	cõiter	ἑώρaον	Atticè	uidebam
ὠνεόμην		ἐωνεόμην		emebam
ὥρακα		ἑώρακα		uidi
ὤνημαι		ἐώνημαι		emi

Eandem auxesim recipit ἔοικα, id est, uideor, similis sum.

At Poëtæ Atticos imitati, etiam Aoristos pari

ri modo augent, uel à uocali, uel à diphthongo incipientes, ut,

εἴιπα, ἔηκα, ἐωσάμην poeticè pro εἶπα, ἧκα, ὠσάμην communiter, id est, dixi, misi, impuli.

Verborum quintæ coniugationis Futurum primum etiam in σω finire solent Aeoles, ut,

ψάλλω	ψαλῶ	Cōiter.	ψάλσω	Aeol.
σπείρω	σπερῶ		σπέρσω	

Ex *Optatiuis uerborum contractorum Aeoles & Attici* μι *in* μην *conuersa, proprios faciunt Optatiuos.* Et ex *Atticis* Dores *etiam suos,* οι *diphthongo propria in* ῳ *diphthongum impropriam mutata, ut,*

ποιοῖμι	ποιοίην	οίης οίη, οίητον οιήτην, οίημεν οίητε οίησαν.
χρυσοῖμι	χρυσοίην	οίης οίη, οίητον οιήτην, οίημεν οίητε οίησαν

ποιῴην
χρυσῴην
βοῷμι βοῴην — ῴης ῴη, ῴητον ῳήτην, ῴημεν ῴητε ῴησαν.

De formatione personarum secundum uarias linguas.

A secundis & tertiis singularibus præsentis Indicatiui, *in* εις *&* in ει *desinentibus,* Dores *subtracto* ι, *proprias personas faciūt:* ex Doricis Aeoles ε in η cōuertentes *suas formant, ut,*

ex { τύπτεις τύπτει } cōit. { τύπτες τύπτε } Do. τύπτης τύπτη Ac.

Ex

Ex omnibus primis pluralibus in μεν *terminatis, tam actiui, & paßiui, quàm medij generis Dores* μεν *in* μες *conuersa, suas formant, ut,*

ex	τύπτομεν πετύϖαμεν ἐτύφθημεν	Cõibus	τύπτομες πετύϖαμες ἐτύφθημες	Doricè.

In Præsenti Indicatiui, & ambobus Futuris tertiam pluralem Datiuo singulari participij similem formant Dores, ut

p	τύπτουσι τύψουσι τυποῦσι	Cõibus	τύπτοντι τυψοῦντι τυποῦντι	Dor. fiunt.

Cæterùm in ambobus præteritis perfectis, ασι *in* αντι *commutato, formantur tertiæ plurales Doricè, ut,*

ex	πετύφασι πετύπασι	Cõiter, fit	πετύφαντι πετύπαντι	Doricè

A secundis singularibus Præteriti imperfecti, & utriusque Aoristi actiui omnium uerborum addita κε *syllaba, & remoto augmento, fiunt tertiæ singulares Ionicè, sed in circunflexis subiunctiua uocalis ex diphthongo finali tollitur. In uerbis autem in* μι *longa uocalis in suam breuem mutatur.*

	Communes		Ionicæ
	ἔτυπ]ες		τύπ]εσκε
	ἔτυψας		τύψασκε
Ex secundis	ἔτυπες	tertiæ	τύπεσκε
personis	ἵσης	personæ	ἵσασκε
	ἐτίθης	fiunt	τίθεσκε
	ἐδίδως		δίδοσκε
	ἐζεύγνυς		ζεύγνυσκε

Ex secundis personis	Communes		Ionicæ	
	ἐβόας		βόασκε	clamabat
	ἐποίεις		ποίεσκε	faciebat
	ἐχρύσους	tertiæ	χρύσοσκε	inaurabat
	ἔσης	personæ	στάσκε	stetit
	ἔθης	fiunt	θέσκε	posuit
	ἔδως		δόσκε	dedit
	ἔδυς		δύσκε	subiit
	ἔφυς		φύσκε	natus est

Poëtæ uerò Iones imitati, secundis singularibus eorundem temporum omnium actiuorum adiuncta κον syllaba, primas personas faciunt, quas, iuxta communem præteriti imperfecti formam, uariant in toto numero singulari, & tertia plurali, quæ primæ singulari similis esse cognoscitur, ut,

		Poeticæ			tertiæ plurales
ex	ἔτυπ]ες		τύπ]εσκον	κὲς κε	τύπ]εσκον
	ἔτυψας		τύψασκον		τύψασκον
	ἔτυπες		τύπεσκον		τύπεσκον

Quemadmodum ex tertiis pluralibus præteriti imp. rfecti,

imperfecti, & utriusque Aoristi actiui, mutato ν in σαν, formant Bœoti tertias plurales, ita ex primis singularibus in ην desinentibus amborum quidem Aoristorum passiuorum ην in εν mutata. Praeteriti uero imperfecti, & Aoristi secundi uerborum in μι actiuorum propria longa in suam breuem conuersa, tertias plurales faciunt, ut,

ex { ἔτυπτον / ἔτυψαν / ἔτυπον } Coïbus, fiunt { ἐτύπτωσαν / ἐτύψασαν / ἐτύπωσαν } Doricè

Primæ sing. { ἐτύφθην / ἐτύπην / ἐτίθην / ἵστην / ἐδίδων } tertiæ Bœ. { ἔτυφθεν / ἔτυπεν / ἔτιθεν / ἵσταν / ἔδιδον }

primæ sing. { ἔθην / ἔστην / ἔβην / ἔφην / ἔκτην } tertiæ Bœoticæ { ἔθεν / ἔσταν / ἔβαν / ἔφαν / ἔκταν } { ἔδων ἔδων / ἔφων ἔφων / υ cũ sit cõis, per se corripitur & producitur. }

Dores etiam futura prima circunflectũt, ut τυψῶ ῶς, ῶ. τυψῶτον, ῶτον. τυψῦμεν, ῶτε, ῦσι.

Ex primis singularibus praeteriti plusquamperfecti actiui, ειν extrema in εα soluta, formant Iones primas singulares: itidem ex tertiis singularibus eiusdem temporis, ει in εε conuersa, tertias singulares ijdem faciunt. Et ex Ionicis εα & εε in η contractis, primas & tertias singulares similes formant Dores &

 Attici,

Attici, ut,

ex ἐτετύφειν Æolibus fiunt ἐτετύφεια Ionicè ἐτετύφη Atticè
ἐτετύφει ἐτετύφεε ἐτετύφη Doricè

Tertias plurales imperatiuorum præs. & utriusque Aoristi temporis, genitiuis pluralibus participiorum eiusdem temporis, similes faciunt Attici, ut,

ex τυπτέτωσαν, τυψάτωσαν, τυπέτωσαν Cõibus, fiũt τυπτόντων, τυψάντων, τυπόντων Atticè.

Aoristum secundum imperatiui in ον terminant Syracusani, ut λάβον, ἄνελον, pro λάβε, ἄνελε, id est, cape, occide.

Infinitiuorum dialectus.

Infinitiua in ειν desinentia cõmuniter, Dores subtracto ι, per εν efferunt.

Iidem illi quoque & Aeoles, ει in η mutato, per ην enunciant, sed hoc in præsenti & futuro primo tantùm. Iones uerò in Aoristo secundo & futuro secundo, ante ειν ε interserunt, ut,

ex τύπτειν, τύψειν, τυπεῖν, τυπεειν Collect. fit τύπτεν, τύψεν, τυπέν, τυπέν Doricè τύπτην Dor. & Aeolicè, τύψην Aeolicè, τυπέειν Ionicè, τυπέειν Ionicè

Ex Infinitiuis communibus cuiuscunque generis, in ειν, ουν, uel ναι exeuntibus, Dores & Attici propria faciunt infinitiua, statim ante ν, μι syllabam inserentes: quo loco si uocalem subiunctiuam reperiant, eam subtrahunt, & ν finali αι diphthongum addentes

tes

tes. Ex quibus remota diphthongo postrema αι, Iones sua formant infinitiua in μεν, ut,

	Communiter	Dorice & Attice	Ionice
	τύπτειν	τυπτέμεναι	τυπτέμεν
	τύψειν	τυψέμεναι	τυψέμεν
	τετυφέναι	πτυφέμεναι	πετυφέμεν
	τετυπέναι	τετυπέμεναι	πετυπέμεν
	τυπεῖν	τυπέμεναι	τυπέμεν
	τυπεῖν	τυπέμεναι	τυπέμεν
	τυφθῆναι	τυφθήμεναι	τυφθήμεν
Ex	τυπῆναι	τυπήμεναι	τυπήμεν
	χρυσοῦν	χρυσόμεναι	χρυσόμεν
	ἱστάναι	ἱστάμεναι	ἱστάμεν
	στῆναι	στήμεναι	στῆμεν
	τιθέναι	τιθέμεναι	τιθέμεν
	θεῖναι	θέμεναι	θέμεν
	διδόναι	διδόμεναι	διδόμεν
	δοῦναι	δόμεναι	δόμεν
	εἶναι	ἔμεναι & ἔμμεναι, ἔμεν.	

Infinitiua in ᾶν terminata, per αῖς, & in οῦν per οῖς enunciant Aeoles, ut,

Communiter	Aeolicè
γελᾶν	γελαῖς
πεινᾶν	πειναῖς
ὑψοῦν	ὑψοῖς
ὀρθοῦν	ὀρθοῖς

De Paßiuis & Medijs.

Ex tertiis singularibus communibus tam Medij quàm paßiui generis in ται uel το desinentibus, τ ul-

timæ syllabæ duntaxat ex puncto formant Iones *secundas singulares.* Ex Ioniis *uero* εαι, εαι, *&* ηαι, *in* ῃ. I*tem* εο *in* ου, *&* αο *in* ω *contractis formantur communiter secundæ singulares.* Nam Iones *nihil contrahunt, sed ut* Attici *in* Indicatiuo, *quæ in* ῃ *communiter exeunt, easdem per* ει *enunciant: ita* Dores, *quæ in* εο *desinunt* Ionicè, *per* ευ *pronunciant, idq; etiam faciunt in* Imperatiuis, *ut,*

Ex *tertiis singularibus*

τύπτεται
ἐτύπτετο
τύψεται
ἐτύψατο
ἐτύπετο
τυπεῖται
τύπτηται

fiunt tertiæ Ionicè

τύπτεαι
ἐτύπτεο
τύψεαι
ἐτύψαο
ἐτύπεο
τυπέεαι
τύπτηαι

fiunt secundæ communes

τύπτῃ
ἐτύπτου
τύψῃ
ἐτύψω
ἐτύπου
τυπῇ
τύπτῃ

fiunt secundæ Doricè *&* Atticè

τύπτει Atticè
ἐτύπτευ Doricè
τύψει Atticè
ἐτύπευ Doricè
τυπεῖ Atticè

Ex

ex τύπτεο τύπτεο Ionisit τύπτου τυπτοῦ cõiter τύπτευ τυπτεῦ Doricè

Primas plurales in μεθα desinentes communiter, Dores interiecto σ per μεσθα proferunt, idq; in omnibus modis & generibus, ut τυπτόμεθα communiter, τυπτόμεσθα Doricè. Exempla plura facilè inuenies tuo Marte.

Perfecta & plusquamperfecta.

Ex tertiis singularibus præteriti & plusquamperfecti paßiui, formant Iones tertias plurales, ante ται uel το finalem syllabam inserta uocali α, quam si præcesserit muta tenuis, eam in asperam conuertunt: si σ, in formatiuam consonantem præteriti medij: si ς, seruant eandem: si uocalis longa uel diphthongus, eam corripiunt, ut,

τέτυπται		τετύφαται
λέλεκται		λελέχαται
πέπλησαι		πεπλήδαται
Ex πέφρασαι		πεφράδαται
ἔσπαρται	Cõiter	ἐσπάραται Ionicè
πεποίηται	fiunt	πεποιέαται
εἴρυται		εἰρύαται
κέκληται		κεκλίαται
κεχρύσωται		κεχρυσόαται
τέθειται		τεθέαται

Sunt tamen quæ diphthongum, uel uocalem antepenultimam seruent longam, ut

 diuisi

diuisi sunt, lacti fuerant, perculsi fuerant, irati fuerant. δεδαίαται, βεβλήατο, βεβωλήατο, κεχολώατο.

In aliis quoque temporibus tam Indicatiui, quàm Optatiui modi, simili modo tertiam pluralem formant Poëtæ Iones imitati, sed in Optatiuo solùm inseritur α ante το, in indicatiuo etiam præcedens uocalis corripitur.

ἧται	ἕαται	ἧνται
ἧτο	ἕατο	ἧντο
τύπτοιτο	τυπτοίατο	τύπτοιντο
τύψοιτο	τυψοίατο	τύψοιντο
τύψαιτο	τυψαίατο	τύψαιντο
τύποιτο fiunt	τυποίατο Ion. p	τύποιντο Cõit.
τυποῖτο	τυποίατο	τυποῖντο
τυφθήσοιτο	τυφθησοίατο	τυφθήσοιντο
τυπήσοιτο	τυπησοίατο	τυπήσοιντο
τετύψοιτο	τετυψοίατο	τετύψοιντο

Tertiam plural. imperat. præsentis & utriusque Aoristi medij tertiæ duali similem faciunt Attici, ut

τυπτέσθων τυψάσθων τυπέσθων	Atticè, p	τυπτέσθωσαν τυψάσθωσαν τυπέσθωσαν	Cõiter

Aeoles τίθαιμαι & ἵσαιμαι, pro τίθεμαι, ἵσαμαι proferunt, ponor, sto.

Hæc de linguarum diuersitate, quantùm ad inflexiones nominum & uerborum pertinet, sufficere uidentur. Reliqua uerò de uerborum ac nominum syntaxi, dictionibusq; primitiuis, quæ cuique idiomati propria, ex

pria, ex Corintho, Plutarcho, Ioanne Philopono, ac cæteris cognoscere poteris.

Dictionum affectus seu paßiones.

Transpositio est elementi ex proprio in alterius ordinem mutatio, δαρτὰ, κραδία, κάρτος, pro δρατὰ, καρδία, κράτος, id est, facta, cor, robur.

Transsumptio est elementi mutatio, ἠπεδανὸς, αἱμηπότης, pro ἀπεδανὸς, αἱμοπότης, id est, debilis, sanguipotor.

Sectio est dictionis compositæ in suas simplices resolutio, ἄκρα πόλις, pro ἀκρόπολις, id est, summa ciuitas.

Additio est elementi ad caput syllabæ adiectio, ἀσαφὶς, ἄσταχυς, ὁμαμὰ, pro σαφὶς, στάχυς, ἅμα, uua passa, spica, simul.

Geminatio est unius eiusdem, pluriumue elementorum in capite dictionis repetitio, κεκάμωσιν, λελάχωσιν, ἀταρτηρὸς, ἐτύτυμον, pro κάμωσι, λάχωσιν, ἀρτηρὸς, ἔτυμον, id est, laboraßent, accidißent, conuiciatorius, uerum.

Productio est communis correptæ, aut breuis uocalis in longam mutatio, κᾶλὸς prima breui, κούρη pro καλὸς prima longa, κώρη, id est, bonus, puella.

Porrectio est uocalis aut diphthongi syllabam facientis, in medio dictionis additio, ἐυπείχεον, ἀδελφειὸς, πολεμίια, pro ἔυτειχον, ἀδελφὸς, πολεμία, id est, munitum, frater, bellica.

Diuisio

Diuisio, est unius uocalis, aut diphthongi in duas uocales diductio, πάϊς, κόϊλον, βέλεως, pro παῖς, κοῖλον, βέλους, id est, puer, cauum, sagitta.

Interpositio, est uocalis non facientis syllabam, in medio dictionis additio, κεινὴ, νοῦσος, ξεῖνος, pro κενὴ, νόσος, ξένος, id est, uacua, morbus, hospes.

Dupliciatio, est eiusdem consonantis non facientis syllabam in medio dictionis repetitio, ὅττι, ἄλλω, μέσσον, ἔννεπε, ὁππότε, pro, ὅτι, ἄλω, μέσον, ἔνεπε, ὁπότε, id est, quoniam, satis, medium, dic, quando.

Paremptosis, est in medio dictionis, consonantium syllabam non facientium coniunctio, πτόλις, πτόλεμος, pro πόλις, πόλεμος, id est, ciuitas, bellum.

Proschematismus, est adiectio syllabæ in fine dictionis, λόγοισιν, μούσαισιν, προσώπατα, ἐγὼν, pro λόγοις, μούσαις, πρόσωπα, ἐγὼ, id est, uerbis, musis, personæ, ego.

Aphæresis, est elementi à capite syllabæ ablatio, ὀρτὴ, αἶα, κεῖνος, pro ἑορτὴ, γαῖα, ἐκεῖνος. id est, festum, terra, ille.

Arsis est syllabæ geminatæ in principio dictionis abiectio, βλῆσθαι, λέχθαι, βλημένος, pro βεβλῆσθαι, λελέχθαι, βεβλημένος, id est, iaci, susapi, uulneratus.

Systole est communis [illegible] *e uocalis in bre-*

in breuem mutatio, φυσίζοῳ, ξερόν, pro φυσίζωος, ξηρόν, id est, alma, aridum.

Synœpe, est uocalis, aut diphthongi facientis syllabam à medio dictionis remotio, κάμμορος, Δάσκιον, pro κακόμορος. Δασύσκιον, id est, infelix, opacum.

Synalœphe, est duarum uocalium, aut diphthongorum in unam uocalem aut diphthongum mutatio. Huius sunt septem species.

Simplex
- *Per elisionem, ἐπ' ἐμέ, pro ἐπὶ ἐμέ, id est aduersum me.*
- *Per crasim, τἀμά, pro τὰ ἐμά, id est, mea.*
- *Per Synæresim, νηρῆδες, pro νηρηΐδες, id est, nereides.*

Synalœphæ

Composita
- *Per elisionem & Synæresim, κἀγώ, pro καὶ ἐγώ, id est & ego.*
- *Per elisionem & crasim, ἐμοὐποδύωσι, pro ἐμὲ ὑποδύωσι. i. me subit.*
- *Per Crasim & Synæresim, ὡπόλος, pro ὁ αἰπόλος, id est, æpolus.*
- *Per Elisionem, Crasim, & Synæresim, ἐν τἀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ, id est, in Aethiopia.*

Ellipsis, est uocalis non facientis syllabam à medio dictionis ablatio, ἀμύξαι γέρον, pro ἀμύξαι γεραιόν, id est, cruentare senem.

Parellipsis, est abiectio geminatæ consonantis à medio

dio dictionis κάλιον, θᾶτον *pro* κάλλιον, θᾶττον, *id est, pulchrius, citius.*

Ecthlipsis est consonantis non facientis syllabam è medio dictionis euulsio, σκῆπον *pro* σκῆπτρον, *id sceptrum.*

Apocope est ablatio syllabæ in fine dictionis, δῶ, ἀπόλλω, ποσειδῶ, *pro* δῶμα, ἀπόλλωνα, ποσειδῶνα, *id est, domum, Apollinem, Neptunum.*

τέλος σὺν θεῷ.



HENNINGI RENNEMANI
PAPÆBURGI SAX.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINÆ LINGUÆ: IN LITERIS, SYLLABIS, DICTIONE, & ORATIONE: TAM PROSA, QUAM LIGATA, QUÆ PROSODIA NUNCUPATUR,


LIB. II.

IN QUIBUS NOVA ET FACILLIMA CUM QUANTITATIS COGNITIO: TUM GENERUM CARMINIS OMNIUM DIMENSIO.

Una cum Notis: & annexis Problematum Grammaticorum, ad hanc partem spectantium.

II. Decuriis

EDITIO SECUNDA.



DARMBSTADII,
Excudebat Balthasar Hofmann, impensis verò Dauid. Custodis, Anno
MDCXII.



PER QVAM REVERENDO PAtri, & Virtute atq; Doctrina Praclarissimo Viro,

DN. VALENTINO ÆTHIOPI REGII MONASTERII IN MONte D. Petri apud Erfurtenses Abbati dignissimo: Patrono benigno; & Fautori plurimum colendo:

S. P. D.



Uod si quis sobriam, de fugacitate celeri temporis subinde fluminis instar præterlabentis, deq; brevitate fragili vitæ hominis, in hac vanitatum mundanarũ valle palantis, quandoq; curam, ad Encyclopædias orbitam, per immensa pæne curiositatis humanæ pomeria, capacissimam, suscipiat paullisper circumrotatam: vir admodum reverende & virtute atq; doctrina præstantissime: mirum mediusfidius non est: si cum medicorum vetustissimo, quiritans, in hęc erumpat verba coryphæo: ὁ βίος βραχὺς τὸ δὲ χειρὸς ὀ-

ξὺς: ἡ δὲ τέχνη μακρά! hoc est, *vita brevis, tempus velox: ars autē longa*. Quid enim illis, quæso, fugacius & instabili⁹ pingi? quid hac verò latius, profundius, & perplexius saltē fingi quiverit?

Somnio sanè vanius nihil: nihil bulla dabitur inanius: nihil aqua præterfluente velocius: nil floribus imbecillius: at his omnibus rebus cum vitam & ętatem hominis: tum hominem ipsum legimus à sapientissimis, scitissimè comparatum.

Quid ergo? num omnis in sapientię pręceptis mediocriter addiscendis conatus inhibendi omnesq; stadii Philosophici discursus abjurandi? siquidem vel nihil his omnibus promovere: vel neutiquam ad optatam pervenire metam quimus, præcipiti vitę, temporisq; brevitate præpediti, & è medio, quod dicitur, abrepti cursu? absit. Quantò verius enim hoc est: quod cottidianæ, proh dolor, testatum facit experientia: tanto nobis sudandum magis: ut viarum compendiis, quantum potest fieri, brevissimis, indies acquisitis, si in circo præceptorum Sapientiæ decurramus: ut omnibus præteritis diverticulis, omnibus transultis ambagibus, omnibus accuratissimè devitatis Labyrinthis, eo citius recta via metam pertingamus. Quod enim à natura denegatum, quo minus arte, resarciamus: & brevitatem vitæ, qualitercunq; brevitate doctrinæ compensemus: credo, vitio vertet nemo.

Id

Id cum cuivis in suo deceat fideliter officio, cui præfectus est à Deo, defungendo: ut suum in eo quisque curriculum brevi itineris compendiosi & recti spacio decurrant: certè nos, quos pro erudienda juventute, Herculeos, in Scholis, tanquam in Augiæ stabulis expurgandis, labores, exantlare, vitæque cursum in iis cōsumere Deo visum est, non modo decet: sed eandem quoque viam cum illis ingredi pro ratione muneris oportet.

Quia enim illa Gymnasiorum est ratio nostrorum; ut in hisce tenerrimi stirpis humanæ surculi, studiosa nimirum juventus sic educetur: ut per cottidiana artium, in propædia versantium, progymnasmata, tanquam in vestibulo sapientiæ, tamdiu tyrociniis incumbat suis, & animum idoneis præceptorum rudimentis eo usq; præparari sinat; donec tandem rude Propædiæ Philosophicæ donata, ex hoc, quasi præambulo, in ipsissima Pædiæ Philosophicæ, magnis viribus, & auspicio felici, penetralia pedes proferat: nervis huc ingenii debemus omnibus contendere: ut hoc sapientiæ vestibulum ambitu præceptorum angustissimo, quo decurri citius queat concludamus, in ejusq; curriculo sic exerceamus discipulos celeriter absolvendo: ne omnem cogantur in illis ætatis juvenilis florem, quod vulgo fieri, magno cum totius Reipub. detrimento, videmus, consumere: nec ad annos

usq; viriles in ejus gyris atque mæandris, qui multi sunt hic à multis temerè fabrefacti, *tanquam apud Sirenios*, ut Agelii verbis utar, *scopulos* tandem *consenescere*. Nam, quia hæc in propædia proposita, sunt illorum, quæ in pædia sunt infinito cum labore tractanda, quasi præludia, & progymnasmata : in quibus animi tyronum sunt informandi & exercendi: ut eò commodius ipsius Pædiæ theoremata. quæ in Sacrosanctę Theologiæ mysteriis profundissimis : in amplissimis Iurisprudentiæ codicibus : & infinito pænè Physicorum Oceano abstrusa, inuoluta & submersa jacent percontari, pervestigare, eruere, & eruta tandem rectè dignoscere queant : ut illud tam brevi temporis, in puerili ætate, spacio, quicquid est curriculi, possimus absolvere : quo postea hujus amplissimos, & immensos pænè theorematum campos per ætatem virilem, & quicquid ad extremam superfuerit senectam, saltem leuiter perlustrare liceat, omnino necessum fuerit. Quippe horum cognoscendorum causa, sunt illa prænoscenda : quæ si non sequuntur hæc, vana sunt, & nucleorum sapientiæ vix leuissima putamina. Illa nobis vestibulum sapientiæ vix aperiunt : hæc in ipsa penetralia nos recipiunt. In illis more vulpeculæ, quod eleganti mythologemate dixit Scaliger, vitreum, cui infusa latet Sophia, vas in superficie convexa lingimus: in hisce vero

pultem Sapientiæ gustare, & quantum datur humanitus ipsissimam exhaurire licet. Per illa recto & festinante properandum gressu: quo diutius hisce immorari, & infinitos pæne possimus profundissimæ rivulos Sapientiæ saltem labris degustare primoribus.

Qua festinatione, quibus compendiis, si usquam in reliquis, ad orationis pariter, & rationis officia spectantibus, est opus, ut est, artibus: maxime in illa cujus ad percipiendos Sapientum, & artificum Philosophiæ sermones, in exoticis est, præsertim Hebræorum, Græcorum & Latinorum, linguis usus omnino, necessarius, *Grammatica* nimirum adolescentibus tradenda, desiderabitur hæc cautela: & tanto quidem magis: quanto pluribus est illa, proximis ab hinc seculis, ambagibus & labyrinthis impedita.

De reliquis illius ut jam nihil dicam partibus: vel sola testator hoc, vulgo quæ circumfertur in scholis *prosodia*, Nam cum Etymologia & Syntaxis (orthographia enim à plerisq;, non sine magna sermonis Latini corruptela, penitus suppressa latet) ita fermè sint accensæ: ut præter themata necessaria, ex parte maxima plerosq; apud auctores collecta, onerosa omnibus in membris scateant superfluorum alluvie: qua sæpius suffocari contingit illa: prosodia sic quidem est aliquibus in locis supervacuorum copia quandoq; prægravata: ut

interim sint in plurimorum compendiis multa ex necessariis omissa.

Ad ligati sermonis enim angustias pleriq; respicientes, ita rationem pronunciandi docuerunt; ac si illius solus ad quantitatem metricam in versibus per pedes dimetiendis, esset usus: generalium pronunciationis thesium in verbis cum singulis, tum conjunctis, sive distincte, sive sonore proferendis extra metrum nulla pæne mentione facta. Illam ipsam autem metri, pro quantitatis discrimine mensurandi, rationem compendia vulgo trita ferè sic describunt: ut nec omnes quantitatis cognoscendæ: nec metri dimetiendi modos explicent. De quantitate enim syllabarum intermediarum regulæ, si derivationem & compositionem excipias (nam accentus solidum non habet quantitatis dijudicandæ præceptum) vix proponi duæ: primarum, quæ ex usu discernuntur series, ne quidem tangi: figurata vero loco plerumq; farciri alieno solet. De versuum si dimensione sit agendum; duæ, vel ad summum quatuor carminum describuntur species: de reliquis, ut & de carminis adfectionibus, verbum sæpe nullum.

Qui vero plenius omnia uno complexi fuere libro, quorum in numero Despauterius, & eo melior Micyllus, ex quo compendium contraxit Ioannes Clajus: hi tam profundæ

ındæ ſuperfluorum ſe præceptorum voragi-
i immerſerunt;ut iis perdiſcendis pro captu
dolescentum etiam ſolertiſſimorum, qui-
us hęc erant proponenda,nec temporis,nec
ıemoriæ ſatis eſſe videatur. Ne quid dicam
e neglecta methodi lege:qua factum ; ut ge-
erales à ſpecialibus regulæ non ſint diſtin-
tæ, illæ verò pro claſſium ſyllabicarum nu-
ıero ſæpius ocioſe recoctæ, qua carminum
imenſio quantitatis, pedumque cognitioni
ræmiſſa.

Sed levius hoc eſt;ad dimenſionem ſi pro-
ırras, pro fidem! quanta ex dinumerandis
edibus quatuor,quinq;, vel ſex ſyllabarum,
uia in unum collecti C XII. ſunt, quorum
ullus penitus uſus, difficultas! quanta ex
ıonopodiis, & dipodiis diverſorum carmi-
um, exindeq; procreata verſuum in *catale-
os, hypercatalectos, brachycatalectos, acatalectos,
ocatalectos,Epicatalectos,Dicatalectos,&c.*diſtin-
ione perplexitas! quanta ex novem metro-
ım generibus,cum ſolummodo ſex appare-
ıt,diverſitas! quanta denique ex C X XI C.
erſuum ſpeciebus, cum vix, ac ne vix qui-
em in uſu Claſſicorum V I L. occurrant, in-
ıitas promergit! Quid de regularum quan-
tatis dicam ocioſa multitudine? Quantita-
m ſyllabarum intermediarum, & prima-
ım tot regulis Ioannes Clajus ex Micyllo
ɔpendiographus,diſpenſavit:ut iis LXXII.

paginas artioris typi compleverit: quas ad octo pagellas veræ methodi studiosus, contrahere potuisset.

Qua præceptorum cum multitudine supervacua: tum collectione perplexa factum: vt paullatim ferè totum nobilissimæ Poëseos, cum vera pronunciatione studium eviluerit: ut pauci quantitatis solidam doctrinam prænoverint: paucissimi verò versus illius (heroicum, Elegiacum, Sapphicum, & Phaleucium si quis excipiat) dimensionem ullam tentaverint: præceptorum cum copia supervacua: tum perplexitate difficillima consternati. Quod in nostris sic incrementum modo sumit malum Gymnasiis: ut fere nusquam, præter exigua & mutila Murmelii rudiméta (quæ de generibus carminum perpauca: de quantitate multis imperfecta modis, eaq; sine iusta methodo digesta præcepta continent) & ea quidem junioribus duntaxat prælegantur: apud adultiores autem ejus ratio vix habeatur; tantum abest: ut in hoc exercitii genere prænobili (cujus summos olim principes non puduit: nec adhuc nostro pudet tempore) juvenilis ætatis vires exacuantur.

Quam ne Gymnasio nostro maculam adspergi paterer: huic Grammatices parti, nuper horis subcesiuis operam hanc in gratiam discipulorum nostrorum, & studiorum juvenilium irritamentum, surripui; ut relictis non

sine

ſine tædio quorundam, qui plenius & planius hanc rem per craſſa volumina prolixiſſimè tractaſſent, monumentis, illa quæ ad benè pronunciandi rationem proprie conferre viderentur, è numeroſa commentariorum congerie ſelecta, & ordine methodica, quantum fieri poſſet, breviſſime ante quadriennium à me digeſta, & tum temporis typis excſcripta publicis, Secundæ editioni diligenter emendata, & aliquibus in locis adaucta committi, noſtræq; ſubjectis diſciplinæ ad inculcandum proponi curaverim.

Quæ ſi fortè plures in paginas, atq; aliorum videntur, excreviſſe, compendia: plura complectuntur etiam ab aliis prætermiſſa, quibus veræ Proſodiæ ſtudioſus ægerrimè poteſt carere, theoremata. Quibus in gratiam ætate & judicio provectiorũ, pleraſq; adjeci, his in rebus inter Grammaticos exagitatas & mediocri rationum pondere breviter diſcretas controverſias: ab ipſis tamẽ præceptis, ne forſan alicubi remoram inficerent diſcentibus, diſtinctas. Quas etſi inſuper habere ſine detrimento majores noſtri potuiſſent: utiliſſimum tamen hoc ingeniis, fecundioribus eſt pabulum: ſi præceptorum & cauſas videant: & ſuper hiſce præconceptas aliorum opiniones, quantum diſtent à veritate, quibuſq; fulcris innitantur, exputare queant: nimirũ, ſi tam breui hoc expediatur à præceptis diverticulo: cujus quaſi παρέργως perluſtrandi, non tam tædium, quam jucunda quædam mentis, à contemplatione præceptorum continua pauliſper avocatæ, delectatio

quem

quem capiat. Non enim, ait Quintil. obstant hæ disciplinæ, *Grammaticis impensa disputationibus* per eas euntibus, *h. e. festinante gressu perlustrantibus:* sed circa eas hærentibus, *hoc est, proram, quod dicitur, & puppim studiorum suorum in earum* subtilitatibus argutiis, delectabilisq; desidiæ, *ut Agellii verba usurpem,* aculeis, quibus nec emolumentum aliquod solidum ad rationem vitæ pertinens, nec ullum quærendi finem præspeculari liceat *pensitandis, existimantibus repositam fore.*

Nec me movet à plurimis, in præceptorum compendiis horum faciendis, plurima prætermissa: quæ in horum censum recepta fuerunt: quia ad pleniorem reliquorum intellectũ necessaria videbantur. Quamvis enim utilius sit multo, pauca etiam idonea effugere, quam multis inutilibus discentes prægravare: *qua veré Ramea Doctoris non Ramei, nimirum Justiniani, Imp. de Confirmat. Digest. sententia: non tamen hoc ita capiendum: ut studio brevitatis multas quæ si non necessaria, saltem maximè putabuntur utilia, inprimis si sint à necessariis secreta, prætermitti debeant. Quippe non sunt longa,* quibus nihil est, quod demere possis, *ut Poeta verbis utar: cum brevitatem in eo teste. Quinctil. ponamus:* ut non minus, nec plus, quam oportet dicendum. Paucis equidem opus: attamen efficacibus, *inquit Seneca,* Et artis id demum: non pauca ex magno præcepta numero compilare, reliquis sicco præteritis pede: sed quæ pluribus

...ibus erant dilatata, paucissimis, sensu tamen omnium servato, verbis comprehendere. *Collaudat enim Homerus suum principem: non tam quod* παῦρα· ἀλλὰ μάλα λιγέως *dixerit. Et Aristophanes illum prædicat demum sapientem: qui possit* ἐν βραχεῖ πολλοὺς συντέμνειν *sermones.*

Quod in hujus opusculi quidem collectione, quæ magno mihi labore, quia nullum in methodi via dirigenda ducem nanciscipotui, constitit, præstare conatus fui. Si conatui respondisset eventus de quo juventuti nostræ ad studiorum Poetices augmentum gratularer, multum præsto foret: nec impensæ me pœniteret operæ. Sin autem spes me frustrata fuit: difficilis certè rei conatus, etjamsi successus non fuerit, à nemine, *nisi calumniatore* carpendus. *Non enim* adsecuto, voluisse, abundè pulchrum & magnificum est: *inquit Plinius. Quippe ut in magna silva boni venatoris est, feras quamplurimas capere: nec cuiquam culpæ fuit, non omnes cepisse: ita mihi satis abundeque est, tam diffusæ, & per sexcentas à Micyllo, & aliis paginas dissipatæ, materiæ maximam partem, in præceptis prolixe & obscurissime traditis, valdè exiguo hoc conclusisse libello.*

Quem cur tuæ vir plurimum Reuerende Benignitati publice consecratum, & amplissimo Nomini inscriptum hac editione renovata fecerim: causas si non habuero gravissimas: benigno tamen illa suscipiet, ut spes me bona sustinet, animo nonnullas: quæ, cunctantem in proposito suspenso diutius, tandem me permovisse valuerunt.

Quorum



PROSODIÆ LATINÆ

LIBER I.

DE SYLLABARUM Quantitate.

CAP. I.

Qvid Prosodia: & qvotuplex.

PROSODIA *est Grammatices externæ pars prior de vocibus conceptis rectè pronunciandis.*

Vox concepta *constat ex* literis: *& per has ex* syllabis.

Unde Prosodiæ partes exsistunt duæ: Elementaris *&* Accentualis.

Elementaris *est, qvæ literas pro suo valore singulas pronunciat.*

Accentualis, *qvæ syllabas ad suum qvasq; tonum docet esse proferendas.*

Tonus *est modulatio soni in qvavis syllaba, ad certam* mensuram *pronunciandâ. Qvi dicitur alias &* Accentus.

7 *Estq;* ſimplex: *vel* mixtus. *Ille aut* acutus; *aut* Gravis; *hic* circumflexus.

8 Acutus *eſt tonus, quo ſyllaba per ſonum intenſum extollitur. ut:* Dóminus, delictum.

9 Gravis, *quo ſyllaba per ſonum emiſſum deprimitur. ut:* benè, optimè.

10 Circumflexus, *qui ex prioribus conflatus ſyllabam ſoni longiore ductu partim extollit: partim deprimit. ut:* Românus, amîcus, môs.

11 Menſura *autem toni ſpectatur partim in ſyllabis ſeorſim* ſingulis: *partim* pluribus *conjunctis. In* illis *per* Quantitatem: *in* his *per* Dimenſionem.

SCHOLIA
ad Cap. I.

PRoſodia) *dicta à præpoſitione* πρὸς *ad, & a nomine* ᾠδή *cantus, quaſi dicas,* accentus: *quia docet, quo ſono quælibet ſyllaba ſit quaſi accinendo modulanda. Alias etiam vocatur, & forte commodius, Orthoëpia: quaſi recta verborum prolatio. Externæ) Grammaticæ (quæ nobis definitur*

ur ars sermonis pure formandi) partes
æ : una interna : *altera* externa. Illa
natura prior, quæ sermonis in animo se-
m purè per voces articulatas concipiendi
ionem docet. Quod fit cum in Etymo-
gia : *tum* Syntaxi : *de qvibus hic*
ere non est animus. Ista *posterior, quæ*
monis jam ante concepti, ad alios ritè
ferendi rationem edisserit. Qui sic o-
is profertur : ut vel ore *sit pronuncian-*
: vel calamo *describendus. Unde rur-*
hæc Grammaticæ pars in duo membra
ribuitur : Prosodiam & Orthogra-
iam.

Prior) Qvippe pronunciatio, naturalis
cujus organa nobis à natura sunt attri-
a: cum orthographia sit artificialis, usi-
hominum exigentibus, qvod procul à se
icem semoti sermocinari neqvirent, in
sidium reperta. Illa omnibus omnino hõ-
ibus communis : hæc propria literatis.
Pronunciandis) ore videlicet & lingua.
ut freqvens apud bonos auctores est huj-
vocabuli (quem etiam Etymologia vo-
uncius & nunciare *monstrat) usus :*

unde passim scriptura vel lectioni in scriptis Ciceronis opponitur: Eam rem, quam legas, verbis aliis, quam maxime fieri possit, lectis pronunciare: de Orat. *Et: ea quæ pronunciavi, accuratissime scripseris:* de divin:

Literis) hinc subjectum huijus artis manifestum: quod versetur circa rationem pronunciandi cum literas *ipsas: tum* syllabas *ex literis compositas.*

Exsistunt duæ) Sic â Iusto Lipsio lib. de rect. pronunc. ling. lat. cap. 4. constitutæ.

Elementaris) ab elementis: qua voce hac in materia â Grammaticis frequenter literæ sunt indigetatæ. Phil. in Gram. delit.

Suo valore) Quem Etymologia cuiq; literæ genuinum tribuit: ex quo hæc omnis pronunciandi ratio dependet: ut literæ quævis tum rectè dicantur pronunciatæ: cum valor, vis, & potestas earum genuina inter pronunciandum percipi, & aurium judicio discerni potest. Quod ut in plerisq; rectè servatur: Sic in aliqvibus apud nos oscitanter admodum negligitur: ut à justo literarum valore inter pronunciandum exorbitetur. Nam quod ad diphthongos at-

s attinet, cum ex duabus vocalibus con-
ent sic, ut utriusq; sonus aliquis quiret
ter efferendum percipi, merito pronunci-
ndæ erant. Quod quidem in au *&* cu
uodammodo observatur: in æ *verò &* œ
anè negligitur: quippe quæ ut e simplex
ulgo solent magno cum errore proferri:
m tamen sonus & illius aliquid ex a, &
ujus ex o vocali admixtum habere debe-
t: ut utrum diphthongus, an vocalis esset
nplex, efferendo discerni posset.

Sic Græca vocalis y in latinam translata
ngvam, non ut i vocalis: sed suo nativo so-
proferri meritò deberet: qui, inter i &
vocalem medius, ferè similis est illi, quem
Germanica, politioris idiomatis lingva
dimus in vocibus: üben / füren / küs-
n / müle.

Sic consona c præposita vocalibus e & i,
n ut s. vel z, qvomodo nos plerisq; Ger-
ani pronunciamus, sed ut Græcum K, cui-
s vicē refert, proferri merito debebat. Ut
im illam literam efferimus in dictioni-
s, calor, color, culex, *ita etiam in vo-*
bus, cera, cicero *proferri jure debuerat.*

 Ut

Ut item profertur eadem in vocibus, ſcateo, ſcopulus, ſcutum: *itaquoq́, meritò in his,* ſcelus, ſcindo, ſcio *proferretur.*

Pari modo conſona t, inter duas vocales poſita, non ut z, ſed pro nativo ſuo valore proferenda erat. Quomodo enim illam efferimus rectè in voce, mutuus, gratuitus *&c: ſic etiam non erat,* grazia, razio: *ſed* gratia, ratio, *per t literæ genuinum valorem pronunciandum.*

Sic j conſona non eſt in pronunciando cum g confundenda; ut enim magus, magirus, vagus *rectè efferimus: ſic non debet pro* majjor majjus, magor *vel* magus, *pronunciari. Et contra pro g non debet j ſubſtitui. Quomodo vulgo audimus proferri,* Avjuſtus, *pro* Avguſtus.

De aliis cognatis conſonantibus b & p, e & q, d & t, f & v, &c. idem ſtatuendum: ne in pronunciando, quod vicium hic, & in præcedente caſu Thuringis eſt familiare, confundantur. Quæ omnia exempli tantum loco ſint dicta: ad quæ alia omnia pronunciationis in diverſis idiomatibus vicia corrigi, & ad veram literarum poteſtatem

& va-

& valorem revocari meritò debebant. Qvem præ aliis Grammaticæ professoribus optimè dissertavit Erasmus in dialogo de pronunciatione : Willichius in tractatu de orthograph. P. Ramus cum breviter cap. 1. lib. 1. Grammatices; tum verò prolixè per totum scholarum Gramm. lib. 2. & tertii principium : Verrepæus lib. 5. Gramm. clas. 1: Just. Lips. de rect. pronunc. lat. ling: Rud. Goclen. Schol. Gram. part. ult. cap. 24. & omnium accuratiss. J. Matthias Danus duob. lib. de literis. Qvo lectores, ad literarum valorem certissimum pervestigandum remissos volo.

Accentus) *Qvintil. Prisciano & Diomedi, vel tenor : nec immeritò vocis anima qvibusdam dictus : qvi latior est qvantitate, ab eaq; distingvendus. Cum syllaba per tonum elevetur sæpè, qvæ per qvantitatem non est longa : & sæpè per gravem deprimatur, qvæ non est brevis. vt :* dominôs. *In qva prima brevis acuitur : postrema longa gravatur.*

Ille aut) *qvorum prior ἄρσις intentio : posterior θέσις depressio Græcis dicitur.*

A 4 Ami

Amicus, mós) *Quæ tonorum discrimina in Orthographia diversis, si forsan alicubi sit opus, (regulariter enim hoc nullo præstantium auctorum probatur usu: teste Verrep. lib. 5. Gram. cl. 1. Lips. de rect. pron. c. 19. Manut. de orthographia) signis exprimuntur: ut acutus hoc ´ gravis illi contrario, tali `; circumflexus ex utroq; conflatus notetur hoc signo:* ˜

CAP. II.

Qvid Qvantitas: & Qvotuplex.
Item de Positione.

1. Quantitas *hic est mora circa cujusq; syllabæ pronunciationem longior, vel brevior consumta.*

2. *Cujus ratione syllaba vel* longa; *vel* brevis *est nuncupata.*

3. *Interdum tamen in metro quantitatis utriusq; eadem capax* anceps *vel* communis *est dicta.*

4. Longa *est, quæ moram in sui pronunciatione paullo longiorem trahit: hoc, si opus, signo notata:* -

5. bre-

5. Breuis *quæ moram in sui pronunciatione breviter abrumpit: sic designata:* ◡

6. Communis *vel* anceps, *quam pro arbitrio in metro pronuncians modo longius extendit: modo breviter absolvit.*

7. *Quæ syllabicæ quantitatis discretio hodie per certas est* regulas *informanda. Quæ quantitatem primum* simplicem, *deinde* figuratam *exponunt.*

8. Simplex *est quam certæ ex natura cujusq; syllabæ decerptæ conformant regulæ: quæ vel* generales, *vel* speciales.

9. Generales: *q̃ ad quasvis quocunq; loco positas, spectant* syllabas. *Cujusmodi sunt tres:* de Positione: vocali ante vocalem: & Diphthongo.

10. Positio est, *cum vocalem sequitur vel una duplex vel duæ consonãtes aliæ: Illa in eadem: hæ verò etiam in diversis dictionibus: dummodo sit una finis præcedentis, altera principium sequentis dictionis. ut:* Axis: commonstrando:

11. *De qua talis regula:* quod positio

A 5 *long-*

Amicus, mos) *Quæ tonorum discrimina in Orthographia diversis, si forsan alicubi sit opus, (regulariter enim hoc nullo præstantium auctorum probatur usu: teste Verrep. lib. 5. Gram. cl. 1. Lips. de rect. pron. c. 19. Manut. de orthographia) signis exprimuntur: ut acutus hoc ´ gravis illi contrario, tali `; circumflexus ex utroq; conflatus notetur hoc signo:* ~

CAP. II.

Qvid Qvantitas: & Qvotuplex. Item de Positione.

1. Quantitas *hic est mora circa cujusq; syllabæ pronunciationem longior, vel brevior consumta.*

2. Cujus ratione syllaba vel longa: *vel* brevis *est nuncupata.*

3. Interdum tamen in metro qvantitatis utriusq; eadem capax anceps *vel* communis *est dicta.*

4. Longa *est, qvæ moram in sui pronunciatione paullo longiorem trahit: hoc, si opus, signo notata:* -

5. bre-

5. Breuis *quæ moram in sui pronunciatione breviter abrumpit: sic designata:* v

6. Communis *vel* anceps, *quam pro arbitrio in metro pronuncians modo longius extendit: modo breviter absolvit.*

7. *Quæ syllabicæ quantitatis discretio hodie per certas est* regulas *informanda. Quæ quantitatem primum* simplicem, *deinde* figuratam *exponunt.*

8. Simplex *est quam certæ ex natura cujusq; syllabæ decerptæ conformant regulæ: quæ vel* generales, *vel* speciales.

9. Generales: *q̃ ad quasvis quocunq; loco positas, spectant* syllabas. *Cujusmodi sunt tres:* de Positione: vocali ante vocalem: & Diphthongo.

10. Positio est, *cum vocalem sequitur vel una duplex vel duæ consonãtes aliæ: Illa in eadem: hæ verò etiam in diversis dictionibus: dummodo sit una finis præcedentis, altera principium sequentis dictionis. ut:* Axis: commonstrando:

11. *De qua talis regula:* quod positio

longam faciat præcedentem vocalem.
Ovidius:

Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.

12. *Ubi notandum: qvod duplicibus hic vulgo annumeretur consonans j duabus in dictione non composita, vocalibus interjecta, ut:* Major, pejor, ajo.

13. *Quod item vocalis per se brevis, ante mutam cum liqvida l vel r ejjusdem syllabæ seqvente posita positionem non efficiat: qvamvis in metro produci possit. ut: Ovid. 11. Metamor.*

Et primo similis volucri, mox vera volucris.

Idem:

Nox tenebras profert: Phœbus fugat inde (tenebras.

AD CAP. II.

Paullo longiorem) *Unde olim teste Fabio lib.1.cap.7.longa syllaba vocali gemina scribebatur, ad moram illam longiorem in pronunciando notandam. Sic enim* malus *adjectivum simpliciter: substantivum verò pro arbore scribebant:* Maalus.

Moram

Moram) *qvam Priscianus lib. 2. subtilius, qvam necessitas postulat, per unum, duo, tria, cum semisse tempora determinat: qvod tamen ipsemet non observat: satis est si in dicendo longa syllaba sensibili mora distingvatur à brevi. Unde qvantitas Grammaticis etiam* tempus *dicitur.*

In metro) *Nam in prosa locum hujjusmodi syllabæ productio nullum habet.*

Hodie) *Olim enim teste Cicerone de Orat. syllabarum qvantitas etiam vulgo imperito, adeoq; mulierculis & plebejis notissima erat, utpotè ex diversa vocalium longarum vel brevium pronuntiatione & scriptione, ut jam ante dictum, perceptu facilima; per qvam alio vocis sono nimirum crassiore & densiore longa: alio videlicet tenuiore & graciliore brevis vocalis efferebatur: cujjus cum hodie vestigia vix ulla amplius adpareant, scripturæ etiam diversitate abolita; ex sola lectionis poëtarum observatione, qvæ pavllatim certa peperit præcepta, veniunt isthæc investiganda. Micyl. lib. 2. Wll. c. 3. prof. Qvod evidentissimè probat Lips. de pron. à cap. 5. usq; ad 11.*

Sit u-

longam faciat præcedentem vocalem. *Ovidius:*

Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata.

12. *Ubi notandum: quod duplicibus hic vulgo annumeretur consonans j duabus in dictione non composita, vocalibus interjecta, ut:* Major, pejor, ajo.

13. *Quod item vocalis per se brevis, ante mutam cum liquida l vel r ejjusdem syllabæ sequente posita positionem non efficiat: quamvis in metro produci possit. ut: Ovid. II. Metamor.*

Et primo similis volucri, mox vera volucris.

Idem:

Nox tenebras profert: Phœbus fugat inde (tenebras.

AD CAP. II.

Paullo longiorem) *Unde olim teste Fabio lib. 1. cap. 7. longa syllaba vocali gemina scribebatur, ad moram illam longiorem in pronunciando notandam. Sic enim* malus *adjectivum simpliciter: substantivum verò pro arbore scribebant:* Maalus.

Moram

Moram) *qvam Priscianus lib. 2. sub-*
tilius, qvam necessitas postulat, per unum,
duo, tria, cum semisse tempora determi-
nat: quod tamen ipsemet non observat: sa-
tis est si in dicendo longa syllaba sensibili mo-
ra distingvatur à brevi. Unde qvantitas
Grammaticis etiam tempus *dicitur.*

In metro) *Nam in prosa locum hujjus-*
modi syllabæ productio nullum habet.

Hodie) *Olim enim teste Cicerone de*
Orat. syllabarum qvantitas etiam vulgo
imperito, adeoq; mulierculis & plebejis no-
tissima erat, utpotè ex diversa vocalium
longarum vel brevium pronuntiatione &
scriptione, ut jam ante dictum, perceptu fa-
cilima: per qvam alio vocis sono nimirum
crassiore & densiore longa: alio videlicet
tenuiore & graciliore brevis vocalis effere-
batur: cujjus cum hodie vestigia vix ulla
amplius adpareant, scripturæ etiam diver-
sitate abolita; ex sola lectionis poëtarum ob-
servatione, qvæ pavllatim certa peperit
præcepta, veniunt isthæc investiganda. Mi-
cyl. lib. 2. Vil. c. 3. pros. Qvod evidentissimè
probat Lips. de pron. à cap. 5. usq; ad 11.

Sit u-

Sit una finis) *Id qvod in carmine tantum locum habet. Nam alias in prosa finalis positionis, qvoad syllabam acuto elevandam nulla habetur ratio.*

Altera principium) *Nam si maxime vel duplex, vel utraq; consonans sit in principio seqventis dictionis: id tamen ad vocalem finalem praecedentis dictionis producendam fere nihil facit. ut: Virg. 6. Æneid.*

Phœbe graves Trojjæ semper miserate labores.

Consonans j) *de qva hoc notari potest: qvod in hebraïs dictionibus semper consonans sit: ut:* Johannes, Jacobus, Judæus, Josephus. *Horat. 1. Serm. Satyr. 5.*

- - - Credat judæus apella.

Juvenal. Satyr. 6.

Qualiacunq; voles judæi somnia vendunt.

In Græcis verò semper vocalis: ut Jāson, Jāmbus, Jāspis, *quæ trisyllabicè proferenda. Qvem morem græcorum licet secutus sit Claudianus in hoc versu:*

Ne laceres versus dux Jācobe meos:

Antiqvis tamen potior habenda fides propter literarum originē & proprietatem; qvam

qvam recentiores qvidam ob ignorantiam lingvæ advertere non potuerunt.

Non composita) *Qvamvis enim j compositæ dictionis posteriorem partem inchoet, priore in vocalem exeunte: non tamen positio constitui solet; ut: Virgilius, Æneid. 10.*

Intereà bijugis infert se Lucagus albis,

Item:

Centum qvadrijugos agitabo ad flumina (currus.

Excipitur verbum Rejicio: *qvod vi consonæ j sæpissimè primam producit, ut: Virg: 2. Georg.*

Rejice ne maculis infuscet vellera pullis.

Item 5 Æneid.

Hæc fatus duplicem ex humeris rejecit ami- (ctum.

Interdum tamen eandem etiam corripit.

Ut idem ibidem:

Ore rejectantem mistosq; in sangvine den- (tes.

Per se brevis) *Vocalis omnis ex sua natura apud latinos vel* brevis *est: vel* longa. Illa *quæ per se syllabam corripit nullo aliundè sumto adminiculo, ad cujus produ-*

ductio

Cæterum si veritatis aliquid habet illorum opinio, qui literam, quæ q proximè sequitur, non vocalem u, sed consonantem v volunt esse: quæ sanè bonis non caret rationibus, ut suo loco disceptabitur: & Lipsio etiam probatur, de pronunc. c. 12: excipiendum & hoc à positione fuerit: cum vocalem sequitur consona q cum v, ita liquefacta est, & quasi consumta per literæ q latas vires, ut positionem nunquam faciat. ut: aliqvis; siliqvæ.

CAP. III. DE VOCALI ante vocalem & diphthongo.

1. Vocalis ante vocalem in eadem dictione posita corripitur. *ut: Manilius:*

Omnia conando docilis solertia vincit.

Excipiuntur:

2. *Genitivi & Dativi singularis quintæ declinationis penultimam syllabam vocali præcedente producentes. ut:* Diêi, speciêi.

3. *Genitivi* in ius *secundæ declinationis,* i *penultimam in prosa quidem longam, in metro*

metro vero communem habentes. ut: unius, nullius, *&c. Præter* alterius *&* alius: *quorum illud penultimam semper brevem: hoc longam habet.*

. *Verbum* fio *in qvibus temporibus r literam non admittit i vocalem producens: ut: Ovidius 1. Trist.*

Omnia jam fient, fieri qvæ posse negabam.

. *Nomina propria in* jus *purum desinentia, si j consonans in vocalem i resolvatur poëtica licentia, præcedentem vocalem producentia. Ut: Martialis lib. 4.*

Qvod peto, da Cai, non peto consilium.

Idem lib. 9.

Pervigil in plumis Cajus ecce jacet.

Antiqvi genitivi, primæ declinationis in ai *penultimam producentes. Ut: Lucret.*

- - avrai simplicis ignem, *Sic:* avlaï, nai, terrai. *&c.*

E Græcis nomina latina facta; quæ vocalem ex Græcis diphthongis aut vocalibus natura longis, in latinam translata producunt: Heroes, museum, elegia.

Quod idem de ancipitibus vocalibus,

B *in usu*

in usu perpetuo longis, statuendum. ut: aër, Pieris, dius.

9. *Cæterum in hac & priori regula cavendum: quod litera* H *consonans ut ut sit: tamen nec cum alia consonante juncta positionem faciat: nec vocalibus interjecta, qvo minus præcedens vocalis corripiatur, impediat, ut: Tib. lib. 1. Elegia 10.*

Qvis fuit horrendos primum qvi protulit (enses.

Horatius. - - - Hic murus aheneus esto.

10. *Excipiuntur hinc* chev *&* ohe: qvorum illud priorem longam: hoc vero communem habet.

11. Diphthongus omnis syllabam, qvam ingreditur, longam facit. ut Virgil. 1. Æneid:

En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi.

12. Excipitur præpositio præ *in compositis dictionibus ante vocalem corripi solita; ut:* præire, præesse, præacutus. *Virg. Æneid. 7.*

Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis.

13. *Referri potest huc* Synæresis *vel* Crasis; *qva syllabam ex duabus in unam confla-*

conflatam longam reddit. *Ut:* cogo, malo, nil, mî: *pro* coago, mavolo, nihil, mihi.

14. *Quo spectat, cum duæ vocales ii in I contrahuntur. ut:* qvIs, *pro* qviis, *vel* qvibus: TugurI, *pro* Tugurii, VirgilI *pro* Virgilii

AD CAP. III.

Vocali præcedente) *Si enim consonans præcedet, regulam seqvitur e penultima ante vocalem. ut:* fidei rei, spei. Rei *tamen, & pronomen* ei *sæpe à Lucretio producuntur. ut: lib. 6.*

Ipsius rei rationem reddere possis.

Ibid:

Et manibus nitidum teneris opus effluit ei:

Quod imitatus est Paullinus Poëta Christianus:

Nulla fides armata Deo est virtute fidei.

In eadem dictione) *In diversis enim dictionibus regulariter, si prior in vocalem exeat, posterior ab eadem incipiat, prioris vocalis in metro ratio non habetur, ut pote per* synalœphen *absorbendæ.*

Quæ si Græcorum exemplo non admittatur

aliquando: ut vocalis in fine præcedentis remaneat ante vocalem sequentis dictionis: tunc prior sive vocalis per se longa, sive diphthongus, ante vocalem sequentis dictionis per Græcismum (ex poëtica licentia, qvam tirones imitari non decet) anceps redditur. Ut: Virg.

Et longum formosa vale, vale - inqvit Iola.
Tuq; o Tybri tu-o genitor cum flumine sancto.

Id. 3. Æn:

Insulæ - Jonio in magno, qvas dira Celeno,

- u *Idem Ecl: 8.*

Credimus an qvi - amant, ipsi sibi somnia fingunt.

- *Idem Ecl. 8.*

Te Corydon o - Alexi: trahit sua qvemq; voluptas.

Idem Æneid. 4.

Lamentis, gemituq; & fœmineo ul ulatu.

Idem Ecl. 3.

Et succus pecori, - & lac subducitur agnis.
Stant & juniperi, - & castaneæ - hirsutæ.

Ovid. Meta: 2.

O - ego qvantum egi: qvam vasta potentia vestra est.

Alius) *pro* aliius *per Crasin. Cui Fabricius*

bricius, & Verrepæus addunt folius: *verum sine ratione: ut non dubitem illud analogiæ relinquere.*

Poetica licentia) *quæ resolutio non modo in nominativo, & reliquis casibus est conspicua: Ut Mart: lib. 5.*

Poſt Caſſiumq; Luciumq; confedit.

Scazon): sed in ipso etiam vocativo: Caï, Pompeï. *Alias enim cum vocativus fiat nominat...o, us ablato, sequitur non* Cai, Pompei: *Sed* Caj *unica, &* Pompej *duabus syllabis per j consonantem pronunciandum esse. Id quod Priscianus lib. . demonstrat exemplo Horatii Epist. 1:*

Durus ait Vulteï (*dissyllabum*) nimis attentusq; videris.

Ex diphthongis aut vocalibus) *cujusmodi sunt ex vocalibus η & ω: ex diphthongis ferè, ει: quæ modo in e, modo in i, apud latinos resolvitur. Ut:* ἠῶς, ἥρωες, βασιλεία, μήδεια, μουσεῖον, πολιτεία, ἐλεγεία. *Quæ latinis sonant:* eos, heroes, basilea, medea, museū, politia, elegia. *Ubi diphthongus interdum resolvitur in* ei, *priore remanente longa. Ut:*

Ovid. Ele. 3.

Flebilis indignos, elegeiá solve capillos.

Quo spectant: platea, chorea: *ex Græcis* πλατεῖα, χορεῖα: *quæ tamen apud Latinos quandoq; corripiuntur. Ut: Virg. 6. Æneid.*

Pars pedibus plavdunt choreas, & carmina dicunt.

Horat: 1. Ep.

Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstent.

Idem de Malea, Romphea, *& similibus in penultima* ει *habentibus dicendum. Quo spectant patronymina cum masculina in* ejus *&* eus *ab* ειος *&* αιος: *tum fœminina in* eis *ab* ηις *transsumta. Ut Virg:*

Æneia; Conjux: Priameïa; Virgo: *antepenultima producta. Sic* Pythagoreus, Achilleus, Theseïs, Chryseïs, Bryseïs, *penultima longa.*

Ancipitibus) Ut sunt: Laïs, Thaïs, λαὸς *(unde* Nicolaus, Laertes, *a prod.)* ναὸς, Taygetus, Machaon, Lycaon, Orion, Amphion, Hilarion, Ixion, Pandion, Pelion, Chius, *(insula)* Clio, Ampliphiaraus; Japetus, Jonius, Diogenes,

Cyane-

Cyaneus, Enyo, Aonius, Thyas, Caphernaum: & *cætera, a, i, vel y ante vocalem, aliam producentia. De qvibus non, nisi ex* avctoritate Poëtarum Græcorum *statuendum: cum aliàs regulariter breves sint ejjusmodi vocales.*

Summatim in hisce & aliis peregrinis omnibus origo nativa lingvæ est inspicienda. Qvæ enim apud Græcos, vel alios, in sua lingva longæ vocales avt diphthongi ante vocalem vel diphthongum reperiuntur: illæ in latinam translatæ Lingvā longæ manent. Sic exempli cavsſa in Græca lingva habēt longam penultimam hæc: Alexandria, Antiochia, Angaria: Basilius, Darius, Brabium, Cæsaria, Cassandria, Democratia, dulia, Thalia, Epiphania, Iphigenia, Pœdia, evgenia, energia, Samaria, Latria, Litania, Magia, mantia, Nicia, Nicomedia, Pedagogium, Idolium, Licium, Bibliopolium, Xenodochium, Calliopea, Cythaea, Basilea, Laodicea, Spondeus, Alpheus, Bachius, Gyneceum. *&c. utpote qvibus penultima est æ diphthongus: ut longa qvoq; penultima sint apud latinos*

 æsti-

æstimanda. Sic Stoicus, Zoilus, Typhœus, Archelous, eous, Joannes, heroes, Tröius, Troilus, Deiphobe, Deïopea, *&c. o vel e producunt ante aliam vocalem: utpote ex ω vel η derivata. Ex adverso vero, quæ apud Græcos vel alios vocalem natura, vel usu brevem, habent, regulam sequuntur, ut ejjusmodi vocalis corripiatur. ut:* Sophia, Theologia, Symphonia, Prosodia, Astronomia, Philosophia, Orthographia, Zacharias, Elias, Isaias Andreas, Dorothea, Idea, *&c. Quorum penultima est vel ι breve, vel ε: ut idcirco brevi penultima apud Latinos sint censenda.*

Omnis diphthongus) *Quarum apud latinos quatuor duntaxat: æ, œ, au & eu, Quibus addunt aliqui ei: quæ olim quidem recepta, jam in usu desiit esse. Præterquam in* hei *& in Græcis à diphthongo ει derivatis: quæ itidem producitur.*

Longam facit) *Etiamsi vocalis subsequatur: Excepta finali diphthongo, quæ ante vocalem vel diphthongum sequentis dictionis, Græcorum more per Synalephen non*

non absumta, si ponitur, fit communis: ut pavllo ante etiam dictum. ut: Virg. 3. Æneid.

Insulæ Ionio in magno, qvæ dira Celeno.

Idem 1. Georg.

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Idem:

Implerunt montes flerunt Rodopeiæ arces.

corripi solita) *Legitur tamen alicubi etiam producta. Stat. Theb. 6.*

Præmia cum vacuus domino præiret Arion.

Unicum præterea adfertur exemplum in eadem voce correptæ ex Ovid: trist. 3. eleg. 12.

Frigora jam Zephyri minuunt, annoq; peracto
Longior antiqvis visa Mæotis hiems.

Quod tamen mendi suspectum ab omnibus ferme habetur.

Synæresis) *Est figura, per quam duæ syllabæ contrahuntur in unam. Quo spectant patronymica a nominibus eus derivata. ut:* Tydides, Thesides, Pelides: *pro* Tydeides, Theseides, *&c. à* Tydevs, Thesevs.

CAP. IV DE SYLLABIS finalibus in vocalem desinentibus.

1. *Et hæc de regulis* generalibus: speciales *sunt, quæ certæ vocis alicujus syllabæ quantitatem respiciunt.*

2. *Quæ syllaba hic vocis alia est* prima, *quæ principium: alia* ultima, *quæ finem dictionis statuit: reliquæ* intermediæ, *quæ sunt inter primam & ultimam, interjectæ.*

3. *Quarum vicissim alia est* penultima, *quæ ultimam proximè præcedit: alia* antepenultima, *nimirum â fine tertia reliquæ anteriores usq; ad primam proprio carent nomine.*

4. *Unde regularum specialium,* qvatuor clasſes *constitui posſunt: ut* prima *tractet quantitatem syllabarum duntaxat ultimarum:* secunda *tantum penultimarum:* tertia *omnium intermediarum, & qvandoq; primarum etiam:* Quarta *deniq; primarum duntaxat.*

5. Ultimarum *vel* finalium *vocis syllabarum*

labarum (ad qvas referimus dictiones etiam monosyllabas) *aliæ desinunt, in* vocalem: *aliæ in* consonantem.

6. DE VOCALIBUS regulæ tres sunt constitutæ. Qvarum

PRIMA:

Qvod syllabæ finales in i & u desinentes sint longæ. ut: Domini, Amari, Vesperi, Cornu, Diu.

7. Exceptis: Mihi tibi, sibi, *communem habentibus ultimam:* Ibi, ubi, cui, *(disyllabum)* nisi & qvasi *freqventius correptis.*

8. *Et ex Græcorum qvinta declinatione nominativis, Dativis, & vocativis in i correptis. ut:* Palladi, Pari, Meli. *Qvo referri possunt Græca in y desinentia. ut:* Moly.

9. *SECUNDA:*

Qvod in A & E desinentes sint breves syllabæ. ut: Templa, Grande.

10. *A qva* excipiuntur: Ablativi & Imperativi *primæ flexionis:* numera-

lia no-

lia *nomina indeclinabilia: Idem* Adverbia, Conjunctiones, *&* Præpositiones *A finale longum habẽtes, ut:* Mensâ, clama, triginta, præterea, quocirca, â, juxta. *Item interjectio* Ah, *Exceptis:* Ejja, ita, Quia, Postea, *quæ regulam sequuntur.*

11. Vocativi *in a Græcorum, a nominibus Masculinis in as producti. ut,* Ænea.

12. Ablativi *quintæ, &* Imperativi *activi singulares secundæ flexionis : item* præpositiones, *ac* pronomina *monosyllaba in* e *finientia producta. ut :* specie, Doce, me, te, se, dē, e. *Quibus additur ablativus,* fame: *& adverbium prohibendi* ne. Excipitur *præpositio inseparabilis* re : *& syllabicæ pronominum adjectiones:* te, ce, pte, *quæ brevia. ut :* Tute, hujusce, suapte.

13. Adverbia *in* e *à nominibus adjectivis secundæ declinationis derivata, itidem producta. ut :* Doctè, ægrè.

Quibus adde : ferè, fermè, ohè : *&*

à nomi-

à nominibus qvintæ composita: qvare, hodie, *&c.*

Excipe: benè, malè, & magè, *brevia.*

14. *Græca nomina in e finale ex η translata apud latinos producta. ut:* Epitome, Anchise, Cete, Tempe.

15. *TERTIA*

Qvod in o desinentia sint communia ut: Virgo, Nolo, quando.

16. *Unde* excipiuntur: Dativi & ablativi *secundæ flexionis: Item* adverbia *ab his orta: &* monosyllaba *in o desinentia longa. ut:* Domino, certò, do, pro. *Qvibus adde:* Ideò, adeò, ergò, *pro caussa.*

Item Græcorum casus ex ω derivatos. ut: Androgeo, Alecto, Sappho.

Excipe *adverbia:* modo, *indeq; composita* dũmodo, citò, immo, ilico. *Item:* scio, nescio, duo, *qvæ corripiuntur.*

Verò *conjunctio &* Gerundia *in* do *sæpius producuntur:*

sero *frequenter corripitur.*

AD CAP. IV.

Cui, Nisi) Cui, *ultima longa vix reperitur:*

peritur: præterqvam in composito apud Manilium, libro 4.

Sic erit, & sedes fugienda, petenda cuiq;.

Freqventius enim ut & in compositis, cuivis, cuilibet, alicui *&c. contractum legitur.*

Ovid. 1. Trist.

In cavssa facili cujvis licet esse diserto.

Martialis lib. 5.

Incipio qvoties alicuj tua dona referre.

Qvasi, & ubi *à Lucretio:* Nisi *à Ruso productum legitur. Composita etiam ab* ubi *&* ibi *sunt producta:* ibidem, ubiq;. uti *in compositis,* utiq;, *&* sicuti *ultimam corripit. Lucretius lib. 2:*

Sicuti qvadrupedum, cum primis esse videtur.

Ex Græcorum qvinta declinatione) *Nam qvæ ex prima declinatione ad tertiam translata sunt, apud Latinos, Regulam seqvuntur. ut:* Orestes, Pylades.

Martialis libro 10.

Qvid? qvod nil unqvam Pyladi donavit Orestes.

Numeralia) *Ex his qvædam legun-*

tur

tur etiam correpta: Martial: lib. 8.

Mutua qvod nobis ter qvinqvaginta dedisti.

Et libro 12.

Sexaginta teras cum limina mane senator.

Sed hic qvidam, Quinqvagena Sexagena *legunt.*

Manilius tamen libro 2 apertius.

Ter triginta qvadrum partes per sidera reddunt.

Item Rhemnius de ponderibus:

Sexaginta minas, sev vis sex millia drachmas.

Adverbia) contra *legitur correptum:*

Manili: lib: 2.

Contra jacet cancer patulam distentus in alvum.

Item Valerius Flaccus libro 8.

Contraq; lethei qvassare silentia rami.

Exceptis hinc Ejja) *Hoc corripuit Flaccus libro 8.*

Ferret ad avrigeræ caput arboris: Ejja per ipsum.

Scande agè. — — —

Vocativi) *Nonulla Græca nomina in nominativo producũtur, sed cæsuræ beneficio.* Hallelujja, *ultimam in Hebræa lingva habet longam. Interdum tamen corripiuntur hi vocativi: sed tum (præterquam qvod*

hæc

hæc sint à nominibus in es) *veniunt à Latina terminatione nominativi in* a. *Ut :* Atrida, Oresta. *Ovid. 1. Trist.*

Fecerunt furiæ tristis Oresta tuæ.

Prop. - - gavisus Atrida triumpo.

Imperativi) Cave *frequentius corripitur. Ovid. 1. Trist.*

Tu cave defendas, qvamvis mordebere dictis.

Idem tamen etiam produxit. 2. Metamorphose:

Nate cave: dum resq; sinit tua corrige vota,

Vide *etiam corripitur : maximè cum particulam* sis *additam habet. Persius Satyra. 1.*

Auriculas: vide sis, ne majorum tibi fortè.

Valerius Flaccus libro 5.

Incumbens Odrussa mero, vide lata comantem

Pectora. --- --- ---

Sic & vale nonnunquam breve reperitur. Ut : Ovid: 1. Tristium.

Idq; qvod ignoti faciunt, vale- dicere saltem.

Ferè, Fermè) *Qvibus addunt alii,* valdè, *verum quia hoc ex Syncope factum pro* validè; *merito analogiæ reliquitur.*

Græ-

Græca nomina) *Excipiuntur in Es primæ, si sint ad tertiam Latinorum declinationem translata: quorum ablativi in e corripiuntur. Ut Valer. lib. 6.*

Insignis manicis, insignis acinace dextro.

Gerundia in Do) *Corripiuntur tamen etiam à Juvenale Satyra. 3.*

Plurimus hic æger moritur, vigilando; sed illum.

Et Tibullo libro 3.

Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem.

Ego *recensetur inter brevia: sed non raro habet ultimam longam. Ovidius in Epistolis.*

Sed qvid ego revoco hæc? omen revocantis abesto.

Similia sunt apud Cornelium Gallum, & Ausonium.

CAP. V.

DE SYLLABIS FINALIBUS IN consonantes exeuntibus.

1. *De consonantibus in fine dictionis itidem tres exposita sunt regulæ.*

C Qva-

Quarum PRIMA *est:*

Quod in b, d, l, r, & t, desinentia corripiantur. ut: Ab, Apud, Vectigal, calcar, caput.

2. Exceptis *his monosyllabis:* Sal, Sol, nil, cur, far, fur, lar, nar, ver, par *cum compositis* compar *&c. &* iber *productis.*

Cor *vulgo commune habetur.*

3. *Græcis in* er *ab* ερ *derivatis, quæ genitivum in* eris *formant,* E *longum habentibus. Ut:* aër, æther, character.

4. SECUNDA, *Quod*

In c, in *&* on: *item in* as, es *&* os *desinentia producantur: Ut:* Lac, Quin, Non, ætas, dies, honos. *Quibus adde Græcos nominativos in* yn. *ut:* Phorcyn.

5. *Unde* excipiuntur: Nec, *&* donec *correpta:* Hic *pronomen, &* fac *communia.*

6. *In* IN *per apostrophen, vel apocopen dicta: Item præpositio* in *& Accusativi Græcorum in* in *&* yn *correpta. Ut:* Exin, Proin, *pro* Exinde, Proinde: Nostin', Parin, Ityn

7. *In* es *tertiæ declinationis, quæ in genitivo*

[gen]itivo penultima brevi crescunt, brevia. *Ut:* Miles, Præses, teres.

Quibus adde præpositionem Penes: & *verbum* Es *à* sum *cum compositis.*

Excipe: abies, Aries, paries, Ceres, Pes *cum compositis; quæ juxta regulam longa.*

8. Os ossis, exos, compos, & impos, *ultima correpta.*

9. *Deniq; Græca in* os & on *secundæ: in* as *feminina, quæ Genitivum in* ados *formant: Item in* es & os *neutra: deniq; Genitivi singulares in* os: & *Nominativi, Accusativi, ac Vocativi plurales in* es & as *tertiæ Latinorum declinationis è quintæ simplicium, brevi ultima. Ut:* Tyros, Ilion, Pallas, Cacoëthes, melos, lampados, arcades, heroas, &c.

10. *TERTIA: quod in* an & en, *Item in* is, & us, *desinentia corripiantur. Ut:* forsan, flumen, panis, corpus.

Quibus adde Græca in ys. *ut:* Thiphys.

11. *Unde* excipiuntur *Monosyllabum* en & ren: *Item Græca in* An & en, *desinentia longa. Ut:* Pæan, Titan, splen, Siren, Ænean, Anchisen, Epitomen.

Præter accusativos in an *secundæ apud Græcos flexionis, quæ à Nominativis in* a *breve desinentibus oriuntur. Ut:* Majan, Æginan.

12. Quæ genitivum faciunt in Entis, *Item* inis, *&* itis, *penultima longa, producta. Ut:* Simois, Simoentis: Salamis, inis, Samnis, lis, dis *&c. Qvibus adde:* Glis, gliris.

13. Casus plurales in is: *item secunda singularis præsentis Indicativi Activi, quartæ conjugationis producta. Ut:* Dominis, Nobis, qvîs *pro* qvibus, venis, avdis.

Qvibus adde vis, *tam nomen qvam verbum:* sis *&* velis *cum compositis:* Quamvis, prosis, Nolis: *Item* faxis.

Excipe: ais *ab* ajo.

14. Deniq; Genitivi singulares, & casus plurales in us *qvartæ: item in* us *tertiæ declinationis, qvæ u in obliqvis retinent, ultima producta. Ut:* fructus, salus, Rus.

Qvibus adde: sus & grus.

Item Græca in us, *qvorum Genitivus est* untis: *& ex* οος *in* ȣ̃ς *contracta, nec non*

Geniti-

Genitivi à femininis in o, *Ut:* Amathus, Panthus, Manthus, Opus.
Quo spectat Salvatoris nomen JESUS.
15. *Atq; hæ sunt* ultimæ *cujusq; dictionis syllabæ quantitatem designantes in classe* Prima, *regulæ. De quibus generaliter notandum: quod omnes hic breves designatæ syllabæ, per cæsuram, de qua postea, longæ fieri in metro ad Græcorum imitationem poëtica licentia possint.*

AD CAP. V.

In B, D, L,) Ex Hebræis orta ferè sunt in sua lingua producta. Ut: Achab, Josaphat, Jacob. *Excepto* David *ultima brevi.*

De quantitate literæ m *dicere supervacuum: cum semper per Echtlipsin unâ cum vocali præcedente, inter dimetiendum elidatur. Ex sua tamen natura brevis est, ut ex compositis apparet.*

Juvenalis Satyra 9.

Quo te circumagas? quæ prima aut ultima ponas.

Ovidius lib. 1. de Ponto. Elegia 2.

More lupi clausas circumeuntis oves.

Præpositio inseparabilis am *in compositis in an mutata, nihilominus brevis manet. Ut:* Anhelo.

Hæc monosyllaba) Sal *produxit Statius lib. 4. in extremo sylvarum:* Non sal oxyparumve caseusve.

Item Ausonius:

Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.

Huc referuntur peregrina: Nabal, Daniel,

Exceptis: Baal, Ragel, Abigail, Michol, *quæ brevia.*

Säul *dissyllabum ultimam habet longam apud Hebræos.*

Unde Græcis scribitur σαοὺλ.

Cor) *legitur productum apud Ovid: in Epist: Sapphus.*

Molle meum levibus, cor est violabile telis.

Quod tamen quidam ut mendosum sic restituunt:

Molle meum levibusq; cor est &c.

Additur vulgò vir: *quod legitur productum 1. Met. Ovid.*

De gre-

De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.

Quod tamen cæsuræ potest tribui.

Iber) Celtiber *ultimam apud Martialem lib. 10. corripit.*

Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras,

Fac communia) *Idq; frequentius corripitur, utpote à* face, *cujus prima brevis, deductum: quamvis apud Ovid: lib. 1. de arte. productum legatur.*

Hos fac Armenios, hæc est Danaïa Persis.

Hebræa, Melchisedec, Abimelec *ultimam corripiunt,* Sadoc *producit,* Lac *volunt corripi, sed sine exemplo. Serenus produxit:*

Lac asinæ placidæq; bovis prodesse putantur.

In in per Apostrophen) *de hac re litigant Grammatici: cum alij longam manere syllabam velint, alii per Apostrophen corripi. Ovid. in Ep. Med. corripuit:* Nostin' an exciderint mecum loca &c.

Viden' *pro* videsne *ab omnibus corripitur. Virg: 6. Æn.*

- - viden, ut geminæ stent vertice cristæ'

Contra, nemon' *producitur ab Horatio serm. lib. 2. Sat. 7.*

Convivã nemon, oleum feret ocyus ecquis.
Idem Illic unde abii redeo: nemon, ut avarus
Se probet - - - *Item Virg. 1. Æn:*
Tun' ille Æneas, quam Dardanio Anchisæ

Qvod tamen aliqui cæsura tribuunt. Usus inspiciendus.

Es â sum) Es *ab* edo *n. producitur:*
Accusativi Græcorum) *ab* yn *accusativo Græco excipitur* Tethyn, *qvod fere producitur apud Martialem lib. 10. & Sil. lib. 17.*

Pes cum compositis) *Hoc Probus vult esse breve: qvem secutus est Ausonius.*

Qvi bipes, & qvadrupes fores, & tripes omnia solus:

Sed Poëtarũ veterum auctoritas repugnat.

Græca os *&* on) *Excepto genitivo plurali qvi ω longum habet.*

E qvinta simplicium) *Nam alii regulam imitãtur. Ut:* Charybdes, hæreses, methamorphoses: *qvi ex secunda contractorum: sunt casus mere Latini.*

Græca in ys) *Excipiuntur* Tethys *qvod anceps fiebatur, in ultima Virg. 1. Georg.*

Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Ovid:

Ovid: Fast. 4.

Tethys & extremo sæpe reperta loco est.

Æginan.) *dixit tamen Ovidius.*

Qvi legis Electran & egentem mentis Orestem.

Sed qvod cæsuræ potest adscribi.

In is) *Qvo referunt* sangvis *apud Tibullum:*

Qvidqvid agis: sangvis est tamen ille tuus.

Qvod tamen facile cæsura excusabit.

Item secunda) *secunda singularis futuri conjunctivi in* ris *legitur qvandoq; producta. Ut: Ovid. 1. Fast.*

Da mihi te placidum, dederis in carmina (vires.

Item 3. de arte.

Credula si fueris aliæ tua gavdia carpent.

Tibull: lib: 4.

Respueris etiam Phœbo gratissima dona.

Sed hoc cæsuræ videtur tribuendum, cum alias freqventissime corripiatur eadem syllaba. ut Mart: lib: 2.

Is mihi dives eris si cavssas egeris inqvit.

Idem lib. 5. Hos tu sev pariter, sive hanc, illumve priorem

Videris: hoc dices - - -

Ibid: Nec porrexeris ista, sed tenebo.

Id: 7. - - Qvod si fera monstra duorum
Junxeris, alterius fiet uterq; timor.
Ib. Et cum satis est dixeris ille leget.
Id. lib. 9. Videris immenso cum conclama-
(ta qverelis.
Lucan. lib. 1.
Ætonis immensi partem si presseris unam.

U in obliquis) Palus *tamen ultima brevi legitur, apud Horat.: de art.*
Regis opus sterilisve diu palus, aptaq; remis.

Mantus) *His vulgo adduntur, à πῦς composita: sed frequentius in his Græci ες in Ος vertunt. Unde latini eadem corripiunt: ut fit in* Oedipus. *&* Polypus. *vicendum tamen in his quomodo Græci scribant.*

Atq; hæ sunt) *Qvod ad peregrina attinet aliter desinentia: lex suâ origine repetenda. Ut:* Magog *qvod ultimam longam habet.*

Qvæ in h desinunt, si latina, *vocalium, quæ proximè præcedunt qvantitate ponderanda. Ut:* ah, vah, *qvæ longa.*

Si peregrina, *origo inqviratur. Sic* Joseph *ultimam ex longa vocali longam habet.*

CAP.

DE ACCENTU PENULTIMÆ syllabæ in A & O finientis.

1. *Seqvitur classis* secunda *de qvantitate syllabæ, in dictione* penultimæ: *qvæ hic spectabitur in dictione ad minimum* trisyllaba: *non composita. Qvæ vulgo per* Accentum *sive tonum cognosci dicitur: juxta regulam:*

2. Si dictionis ad minimum trisyllabæ acutus est in antepenultima tunc penultima brevis: si vero in penultima tunc eadem longa censetur. *Ut:* amabilis, mortalis.

3. Verum qvia hoc, ut penultima per accentum vel producatur, vel corripiatur, ab ejjusdem syllabæ diversa qvantitate dependet: nimirum ut *per se longa* per accentum elevetur: *brevis* verò per gravem deprimatur: ad penultimæ qvantitatem solidè cognoscendam isthæc regula *ab Accentu*, & sic à posteriori ducta neqvaqvam sufficit: cum ut syllaba dicatur *longa, vel brevis*, non Accentus faciat productus, vel correptus; sed qvia per se longa, vel brevis

ante definita est: ideo per accentum longa extolli: brevis deprimi debeat.

4. *Quæ, si per regulas generales discerni neqveat: vocalium, qvæ penultimam cõstituunt, natura consideranda. qvarum aliæ penultima sunt* longæ: *aliæ v.* breves.

5. *Longæ sunt A & O unde regula.*

Penultima syllaba in A & O desinens est longa, *Ut:* Musarum, dominorum: ætatis, honoris, amabam, amatum, Romanus, sonorus, *decorus.*

6. *Unde* excipiuntur *ab litera A: ex latinis admodum pauca:* alacer, alapa, hilarus, Italus, navfragus, petaso, supparus, *penultima correpta.*

Et in obliqvis: anas, atis: jubar, aris. *Qvo refer:* Cæsar, aris. Abbas, *tamen, rectiùs habet* Abbatis.

7. *Ex* Græcis *cum pleraq; alia: tum ex obliqvis omnia in* ma *nevtra: ut: poëmatis: in* as, ax, & s *præcedente consona, finita. Ut:* lampadis, abacis, colacis, climacis, Arabis, &c.

Qvibus adde hæc nevtra: nectaris, hepatis, baccharis. *Sed excipe:* thoracis, limacis, phæacis, Ajacis.

8. *Deniq;*

8. *Deniq; ex* peregrinis *perqvam multa: præcipuè ex* al, *&* ar *propria in obliqvis* Hannibalis, Caſparis, Amilcaris.

9. *Ab litera O vero excipiuntur:*

Genitivi in oris *à Græcis nominibus, & latinis nevtris ſubſtantivis correpti. Ut:* Neſtoris, corporis, eboris.

Qvibus adde: memor, *& adjectiva à* corpus, *atq;* decus *compoſita* bicorpor, indecor.

Item: compos, impos, arbor, lepus; *& à* πoũς *compoſita:* tripodis, œdipodis.

Obliqvi ab ador *penultimam communem habent.*

10. Gentilia peregrina *in o, &* ops, *deſinentia in obliqvis. Ut:* Saxones, Macedones, Senones, Tevtones, (*unde* Tevtonus) Æthiopes. *Excipe* Burgundio, ônis

Qvibus adde: Cappadox, præcox, ocis, & Allobrox, ogis. *Excipe* Cyclops, cercops, hydrops, conops *in opis longũ finientia. Item Vectones: Orionis & Britonis: qvorum illud penultimam longam, hæc communem habent.*

11. *De-*

11. *Deminutiva nomina, o penultima correpta. Ut: capreolus, urceolus, unciola, tuguriolum.*

Quibus adde: violo, viola, commodus, *& propria:* Scævola, Nevolus: *item* Mandragora.

AD CAP. VI. NOTÆ.

Non composita) *Quæ ex simplicis dictionis natura recognoscenda. Exempli caussa:* adfligo, subrepo, confodit. *Hic penultima syllaba constituit primam simplicis dictionis syllabam, ut:* fligo, repo, fodio. *Quæ non ex hisce de accentu regulis: sed ex simplicis est quantitate discernenda: ex qua priores longæ, postrema brevis noscitur: cum ex hisce regulis illæ breves: hæc longa fuisset dijudicanda.*

Ex Latinis) *Quo vulgo referunt:* Amabo: *cum pro interjectione ponitur, penultima brevi. Verum inepta ratione, & contra Poëtarum usum. Martialis enim produxit lib. 8.*

Dic verum mihi, Marce, dic, amabo.

Pleraque alia) *ut:* Carneades, Æacus, Celadon, Lucagus, Vertagus,

Tanta-

Tantalus, Dædalus, Pyramus, Balanus, Stephanus, Icarus, &c. calamus, thalamus, pelagus, cyathus, Barathrum, Gelaſus, &c. cannabis, tribrachys, enallage, onager, &c.

Perqvam multa) *Acragas, Aſtyages, Pamphagus, Ismarus, Dalmata, Sarmata, Iſatus, Acinaces, Libanus, Attagen, Cantaber, &c.*

Subſtantivis) *ut excipiantur comparativi in* us; doctius, oris.

O penultima correpta) *Qvo referunt qvidam, cum qvib. facit Verrepæus lib. 4. c.1.* mediocris, *penultima brevi. Idq; auctoritate, Terentii. in Andr. Scen. 1.*

Videbat : & tamen omnia hæc mediocriter.

In hoc verſu ſenario Jambico loco qvinto ſtatuunt tribrachyn. Verum qua ratione: qvid enim obſtat: qvo minus ſit anapæſtus? qvod exemplo Horatii videtur veriſimilius: od. 10. lib. 2. carm: penultima producentis:

Avream qvisqvis mediocritatem
Diligit — — — *Verſus Sapphicus.*

Verbum præſtolor, *regulæ vulgo relinqvitur, ut penultima ſit producta: qvam tamen*

tamen corripuit in Jambico versu Buchananus seculi nostri poëta felicissimus, psal. 27.

Vivusq; vivos inter ipse commoda
Vitæ beatæ præstolor.

CAP. VII.

DE ACCENTU PENULTIMÆ syllabæ in E, I, & U, exeuntis.

1. Breves *in penultima sunt vocales reliquæ. Unde talis potest regula constitui:*

Penultima in e, i, & u desinens est brevis. *Ut:* dominus, liberi, fabula.

2. *A qua* excipiuntur.

Quædam substantiva in ica: *ut* vesica, rubrica, formica, lectica, urtica, myrica, lorica:

3. *Deinde reliqua substantiva in* a (*præter* ica) do, go, tum, ar: *Item in* ile, inum, ivum, *&* umen *desinentia penultima longa. Ut:* festuca, collega, moneta, avriga, Sibarita: tutela, lagena, doctrina, lacuna, rubeta, cassita, cicuta, conviva, ovile, acredo, crepido, testudo, caligo, lanugo, pistrinum, rosetum, temetum, verutum, lupanar, torcular, olivum, volumen.

Quibus adde; racemus, vectigal, cervical,

vical, eqviſo, præſepe, aniſum, mephitis, ſambucum: *Item in* rum *præcedente, u cum muta: ut* delubrum:

4. *Hinc* Excipe: *in* la *præcedente* u: *item in* bra *vel* brum *præcedente* e. *ut:* tabula, latebra, cerebrum.

Qvibus adde. caliga: femina, fiſcina, fuſcina, gavſapina, lamina, machina, nundinæ, patina, pagina, ſarcina, ſibina, trutina, navita, amita, orbita: defrutum, columen, ſpecular, pharetra, reſina, *brevi penultimâ.*

Qvibus addit Unedo *Deſpavterius & Nebriſſenſis.*

5. *Adjectiva in* nus, rus, tus: *Item*, ilis, ulis & jvus *exeuntia. Ut:* Serenus, alienus, vicinus, clandeſtinus, [illegible]inus, mediaſtinus, vulpinus, jejunus, ſeverus, ſecurus, lecturus, factus, crinitus, aſtutus: crudelis, tribulis, curulis, nativus, &c.

6. *Qvibus adde adjectiva in* ilis *non verbalia, Ut:* Senilis, ſubtilis, exilis, Aprilis.

Item hæc: qvadrimus, opimus, obliqvus, antiqvus, amicus, apricus, pu-

D dicus,

dicus, anticus, posticus, petricus, *(inusitatum, unde* petricosus, *apud Mart.)* anhelus, caducus.

Una cum substantivis: mendicus, maritus, umbilicus, lumbricus, veredus, Insuber, camelus, galerus, Faselus, catinus, covinus, Inqvilinus: *& his adverbiis:* omninò, actutum.

Deniq; adiectiva Latina, & gentilia in emus: *ut:* extremus, Boëmus.

7. *Excipe primum exeuntia in* ginus *ut:* faginus, deaginus *&c: Item* gratuitus, fortuitus, *& qvæ his duobus similia.*

Qvo spectant & hæc ab adverbiis derivata: crastinus, serotinus, diutinus, perendinus, pristinus hornotinus: *& substantivum* facinus.

8. *Item adjectiva plerag; à Græcis plantarum, gemmarum, colorum, & odorum nominibus ducta. Ut:* crocinus, amethystinus, crystallinus, cedrinus, cupressinus, *&c.*

Qvibus adde: inferus, superus, posterus: humilis, dapsilis, parilis, camurus: *(id est, curvus)* subitus, vegetus.

Victus *peuultimam communem habet.*

9. *E penultima incrementi qvintæ declinationis longa. ut:* specierum, speciebus.

10. *Peregrina in* el, *& propria in* es e *penultima crescendo producta. ut:* Daniel, elis, Chremes, etis, Dares, Hermes, Hagnes. *Et q̄dam gentilia:* Cres, Cures.

Qvibus adde Latina: locuples, qvies, *(cum compositis,)* etis, heres, merces, edis. *Græca:* lebes, magnes, tapes, vervex, halex, vel halec: Myrmex, Celex, ecis. *Et* Iber, êris. *Unde* celtibêris: *Hinc* Ibêrus. *Et Græca in* en: Lichen, Attagen, Siren, : ênis: *qvibus adde* lien.

Excipe Hymen, ênis.

11. *Latina Adjectiva, verbalia, & feminina in* ix *desinentia penultima Genitivi producta. ut:* felix, genitrix, cervix, icis.

Qvibus adde: Phœnix, mastix, îgis: vibex, icis, *Item hæc:* bombyx, sandyx, Ceyx, Betryx, ycis. *(qvod postremum tamen etiam breve legitur)* coccyx, ygis: Nesis, Crenis, îdis. *Excipe:* filix, larix, salix, appendix, coxendix, natrix.

12. *In infinientia:* Delphin, Salamin, înis. *Qvibus adde:* Samnis, Qviris, îtis.

13. *Tertiæ declinationis in* us, u *in obliqvis retinentia longum. ut:* Salutis, palu dis, *&c.*

Qvibus adde: Pollux, ucis. *Excipe* pecus, pecudis, ligus, vel ligur liguris intercus.

14. E *in omnibus verborum incrementi penultima producta. ut:* amemus, doce mus, legebam, legerunt, legeris, audie mur, docere, docuissemus, legèris,

A qvo excipitur primum E *penultimi ante r in qvovis præsenti & imperfecto tertiæ conjugationis correpta. ut:* legere, le geris, legerem, legerer. *Præter perso sonam:* reris *vel* rere, *qvæ regulam se qvitur.*

Deinde secunda futuri passivi in beri *vel* bere: *item cujjuscunq; flexionis tempora in* ram, rim & ro *desinentia, Ut,* ama baris, docebere, amaveram, legerim audivero.

15. *Omnia præterita in* Evi & ivi: *item* 1. *penultima incrementi præsentis, imper fecti*

ſti, & futuri antiqvi qvarta conjugatio-ni, producta. Ut, quievi, addevi: peti-vi, avdivi, avdimus, avdires, avdiris, avdire, ibam, ibo, qvibo, mollibo, &c.

Qvibus adde anomalon volo *cum com-poſitis*; velimus nolite.

Et præterita qvattuor, cecîdi, pepêdi, diviſi, gaviſus: à cædo, pedo, divido, gaudeo.

Verba qvædam primæ conjugationis penultima producta. Ut ſunt: Caligo, ca-ſtigo, veſtigo, inſtigo, fatigo, opinor, ſupino, propino, ſagino, adulor, pecu-lor, paſtino, prædico, formido, anhelo, ſpito, irrito, trituro.

Supina in etum *&* utum: *item in* itum, *à præteritis, in ivi derivata, penul-tima longa. Ut*: avditum, petitum, ſolu-tum, argutum, qvietum, vietum.

AD CAP. XVII.

Amita, orbita) *Qvib. vulgò additur pituita, penultima commun: ſed perperam: qvod penultima ſecundum regulam ſit lon-ga, Horat., 2. ſerm. ſat. 2.*

Lenta feret pituita: vides, ut pallidus omnis.

Præcipuè ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.
Qvod enim attinet ad Perſianum illud
Somnia pituitæ, qvi purgatiſſima mittunt,
id per Synæreſin eſt ita metiendum, Somnia pitvitæ, &c. ut u. vocalis migret in conſonantem, de qva infra lib. 2. c. 9.

Maſtigis) pro flagello. Unde, Homeromaſtix. *Nam pro gummi, habet in genenitivo* maſtichis.

Fortuitus) *qvamvis hoc produxerit Horatius, lib. 2. carm. od. 15.*

Nec fortuitum cernere ceſpitem.

Incrementis) *Secunda ſingularis indicativi activi norma eſt incrementi verborum. Si n. verbum plures illa ſyllabas non habeat, nullum eſt ipſius incrementum, qvot ſyllabis a. illam ſuperat: tot habet incrementa. In verbis igitur deponentibus vox activa eſt, ad inqvirendum incrementum fingenda.*

E penultima anter) *Qvod accidit in infinitivo activæ, in ſecunda ſingularis præſentis indicativi, & imperativi paſſivæ, in imperfecto deniq; conjunctivi activæ, & prima perſona paſſivæ vocis.*

Trituro) *quod productum probat Goden. par. 3. cont. Gram. cap. 23.*

CAP. IIX.

De Derivatione.

1. *Huc usq; de* secunda *specialium regularum in syllabis* penultimis *classe*: tertia *sequitur, quæ syllabarum omnium* intermediarum, *qvandoq; etiam primarum quantitatem disqvirit.*

2. *Qvod fit* derivatione: resolutione: & auctoritate.

3. Derivatio *est, qvando syllabarum dictionis aliundè derivatæ qvantitas ad primitivæ easdem syllabas referentis qvantitatem reducitur, juxta regulam,*

Derivata primitivorum qvantitatem seqvuntur.

4. Reductio *autem illa derivati ad primitivum fit, ut vel numerus syllabarum derivati maneat, vel à fine una pluresve syllabæ demantur, Qvam vulgo* deminutionem *vocant, peculiarem modi, qvantitatis cognoscendæ speciem.*

5. *Exempla* prioris *tantum in penultima & prima locum habent. ut,* Senator,

competitor, orator, qvæſitor, tribunal, ſaluber, ambulacrum, lavacrum, volutabrum, *&c. penultima longa, quia veniunt à primitivis,* ſenatus, petitum, oratum, qvæſitum, tribunus, ſalutis, ambulatum, lavatum, volutatum, *in penultima longis.*

Sic genitor, redítus, monitor, introitus *penultima brevi: quia à penultima brevem habentibus*, genitum, monitum, reditum, introitum *deſcendunt.*

Sic amor *nomen, &* petitor, *primam brevem habent: ab* amo *&* peto *primis brevibus. Sic* ſvaſor *&* viſus *primam longam: quia à* ſvaſum *&* viſum, *quorum prima longa, deſcendunt.*

6. *Exempla* poſterioris *ſunt in dictionum ad minimum qvadriſyllabarum omnibus penultimam antecedentibus ſyllabis, ut:* verecundus, periculum, redimiculum, cornicula, audacia, contritio, valetudo, diluculum, amabilis, debilis volubilis:, *quæ antepenultimam longam habent: quia derivātur à* vereri, perire, redimere, cornicis, avdacis, contritum, valere, lucis,

ama-

amatum, deletum, volutum *penultimis ubiq; longis.*

Sic suspicio, conditio, fortitudo, officium, credibilis, contulero, *&c. antepenultimam brevem habent: quia descendunt à primitivis:* suspicîs, conditum, fortiter, officit, creditum, contuli, *brevibus penultimis.*

Sic argumentum, velamentum, momentum, jumentum, fomentum, crementum, rudimentum, pavimentum, paludamentum, *antepenultimam habent longam, à primitivis:* argutum, velatum, motum, jutum, fotum, cretum, eruditum, pavire *antiqvo*, paludatum.

Contra monumentum, nocumentum, emolumentum: *eandem habent brevem: à primitivis:* monitum, nocitum, molitum.

Qvam qvantitatem seqvuntur etiam qvæ à supinis positione non natura penultimam longam habentibus proficiscuntur. ut: documentum, tegumentum, alimentum, *à primitivis* doctum, tectum, altum, *qvorum olim supina fuére:* docitum, alitum, *&c.* D 5 7. Idem

7. *Idem de syllabis antepenultima prioribus statuendum. Sic enim qvinta, sexta & septima à fine syllabæ in voce* commiserationibus *derivatione cognoscuntur: qvinta qvidem* ra *longa, qvia descendit à verbo* miserari: *priores verò duæ breves: quia verbum hoc à nomine,* miser, miseri *descendit: qvod priores habet breves. Sic* scceleratissimus *habet qvartam à fine longam à* sceleratus; *duas priores breves à* scelus, sceleris. *Et sic in reliqvis procedendum.*

8. *Eadem ratione,* legebam, legerem, *prima brevi, qvia à* lego, *cujus prima brevis. Contra* legeram, legisse, &c. *prima longa: à præterito:* legi: *qvod primam longam habet.*

Excipiuntur ab hac regula:

9. *Qvæ à primitivis* longis *derivata* corripiuntur: *ut sunt:* Arena, arista: *obliqvi à* dux: dicax, ditio, fides, lucerna, lotium, nato, noto, paciscor; pagella, posui, qvasillus, sagax, stabulum, sopor, servitus, varicosus, vitium: *A primitivis:* Areo, duco, dico, ditis, fido;

fido, luceo, lotum, nare, notum, pacis, pagina, pono, qvalus, saga, stare, sopio, servitum, varix, vito.

10. *Qvæ à primitivis* brevibus *deducta* producuntur *ut:* Abstemius, Ceritus, denus, feralis, heres, humanus, junior, laterna, lex legis, lemuria, macero, nonus, rex regis, regula, secius, sedes, staturus, stipendium, trinus, tegula, vires, vox vocis, vocalis: *A primitivis:* temetum, ceres, decem, feriæ & feralia, herus, humus, juvenis, lateo, lego, lemures, macer, novem, rego, secus, sedeo, statum, stips stipis, tribus, tego, vireo, voco. &c.

11. *Qvæ à primitivis longis desumta quantitatem* utramqꝫ *obtinent. ut:* flabellum, pugillus, vietus: à flabrum, pugnus: vietum.

AD CAP. IIX.

Sic suspicio) *Qvod tamen etiam antepenultima longa legitur: pro* suspectio. Oblinitur minimæ si qva est suspicio rimæ.

Sic valetudo, consvetudo, vagabundus, *antepenultimam habent longam:* *qvia*

qvia veniunt à valere, consvetum, vagatus. *Sed* hebetudo, sollicitudo, longitudo, *eandem brevem: qvia ab* hebetis, sollicitus, longitas *descendunt. Sic* scibilis, petibilis, avdibilis *antepenultima longa: qvia veniunt à supinis:* scitum, petitum, avditum *penultima longa. Contra:* credibilis, terribilis *&c. corripiunt: qvia veniunt à* creditum, territum, *brevi penultima. &c.*

Dux) unde reducis: ducatus.

Fides) *hinc* perfidus, fidelis: Fidius: *& reliqva à* fide *pro instrumento Musico deducta. Non* infidus; *cujus penultima longa.*

Varicosus) *Juven. Sat. 6.*

Commendare volet: varicosus fiet.

Aruspex. *Qvibus addunt vulgò deminutiva:* mamilla, sigillum, tigillum, ligula, ofella, fragilis, fragor, curulis, farina: *à* mamma, signum, tignum, lingva, offa, frango, currus, farris. *&c. sed qvæ potius alterius consonantis elisioni, ut tunc syllaba per regulam corripiatur, adscribenda. Addunt qvidam* mobilis *à* moveo:

moveo: *quod mihi potius videtur deducendum à supino* motum: tum, *in bilis mutato: ut fit in* creditum, credibilis. *Gocl. part. 2. Gram. probl. lib. 1. c. 15. Sic* stabilis *prima brevi potius à* statum *supino, quod breve est: quam à* stare *deducitur. Sic* odium *potius ab* odio: *præsenti inusitato: quam ab* odi *præterito deducitur.*

Abstemius) *Ovid. 15. Metam:*

Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis.

Idem temulentus *prioribus brevibus posuit.*

Sedes) sedile *tamen primitivi quantitatem retinet.*

Victum) *regulariter penultimam producit apud Lucr. Eandem corripit apud Comicos, & Horatium, epod. od. 12.*

Quis sudor victis, & quam malus undiq; membris, &c.

Status) *prima brevi apud Horatium: eadem longa apud Terent. Fabr.*

CAP. IX.

DE RESOLUTIONE.

1. Resolutio *est quando syllabarum dictionis ex pluribus composita quantitas ad simpli-*

ſimplicium quantitatem perpenſa reſolvitur: juxta regulam:

Compoſita ſimplicium qvantitatem imitantur. *ut:* relegunt, excolunt, remanent, exarant, excavant, commigrant, increpant, innatant, adparet, adſidet, contigi, occidi, ebibi, oblitum, circumdatum, adfabre, conflagro, calefacit, *penultima brevi: quia veniunt à ſimplicibus:* lego, is, colo, is, maneo, aro, cavo, migro, crepo, nato, paro, ſedeo, tetigi, cecidi, bibi, litum, datum, faber, flagro, facio *eandem brevem habentibus. Contra:* relegant, excolant, dimanent, ſuffocant, adparent, adſidunt, obſepit, adrepit, ſuffragor, conſolor, depeculor, extrico, enimvero, Vindemia, privilegium. *penultima longa: qvia ſimplicia:* lego, as, colo, as, mano, foco, parco, ſido, ſepio, repo, fragor, ſolor, peculium, trico, verò, demo, lego, as, *longam eandem habent.*

2\. *Id qvod valet etiam, licet vocales mutentur in compoſitis: dummodo non duplicentur conſonantes. Ut:* eligo, concido, fidici-

fidicina, buccina, *penultima brevi: à* lego, cado, cano. *Contra:* concido, allido, exqviro, obedit *penultima longa: à* cædo, lædo, qværo, avdio.

3. *Sic præpositiones*, a, e, de, di, se, ve, *&* pro *simplices producuntur*: re *corripitur: in compositis igitur vocibus illæ etiam productæ: hæc verò correpta manet.*

Trans *præpositio in compositione consonantibus abjectis nihilominus longa manet:* traduco, trado.

4. Unde excipiuntur:

Refert, *pro* intereſt, *ſeu* neceſſe eſt, *prima producta.*

Di *in* dirimo: *&* diſertus *eadem correpta.*

Pro, *quæ corripitur in his:* profundus, pronepos, proneptis, profugio, profugus, profari, profeſtus, profanus, profano, protervus, propero, procella, profiteor, proficiſcor, profecto, propinqvus, propago, *nomen.*

Communis autem eſt in his: propino, procuro, Profundo *freqventius corripitur.* Propello *&* *hinc* propulſo *tutius* *produ-*

producuntur. Propago *verbum apud Lucretium anceps legitur.*

5. *Deinde vocales, i, e, & o, priorem compositæ dictionis partem terminantes ferè correptæ, ut:* omnipotens, siqvidem, cavsidicus, privilegium, agricola, liqvefacio, stupefacio, nefas, qvandoqvidem, bardocucullus, sacrosanctus.

Qvo spectant cum bi, *&* tri, *&* tre *composita:* biceps, triceps, *tredecim &c. Qvibus adde numeri illiteratam particulam,* du, *ut:* ducenti, dupondius.

6. *Qvod tamen non procedit:* primum *In qvibus, i non est fixum, sed progenerum, & casuum varietate mutatur. Ut:* qvidam, qvivis, qvilibet, tantidem, qvalicunqꝫ, unicuiqꝫ, reipublicæ.

Deinde in his: Ibidem, ubiqꝫ, idem *masculinum,* siqvis, nimirum, bigæ, qvadrigæ, biduum, triduum, scilicet, ilicet, tibicen, meliphyllon, Trinacria: Neqvam, neqvitia, nedum, neqvaqvam, neqvis, neqvisqvam, neqvando, videlicet, veneficus, famelicus: mecum, tecum, secum.

7. *Postea etiam in aliis, qvæ à simplicibus*

bus orta vel longis, corripiuntur *in compositis: ut:* adfatim, nihilum, dejero, pejero, pronuba, innuba, semisopitus: *item duo supina* agnitum, cognitum: *à simplicibus:* fari, hilum, juro, nubo sopitus, notum:

Vel à brevibus producuntur: *Ut:* imbecillis *antepenultima longa, à* baculus: Ambitus *participium penultima longa ab* ambitum *supino, penultima ab* itum *brevi.*

Vel etiam communia *sunt; ut:* connubium, *in antepenultima: à* nubo: *cotidie, in prima, à* continenti die.

Sic quædam à dies *composita: ut* pridie, postridie, pridianus, meridianus, cotidie, cotidianus: *i ante d commune videntur habere: quamvis id freqventissimè producatur: ut in* meridies.

AD CAP. IX.

Resolutione) Qvem modum Fabricius etiam sic indigetat lib. 1. de re poët.

Flagro) *Quod vulgo longa prima ponunt: cum tamen etiam apud Virgilium reperiatur breve.*

Georg. 1.

Pergentes humilis stravit pavor, ille flagranti.

Et Æneid. 2.

Nos pavidi trepidare metu, crinemq; flagrantem, &c.

Sic præpositiones) præpositionibus enim, ut vocantur, inseparalibus recte particula ve *annumeratur, in compositis primam habens longam, ut:* vecors, vesanus vegrandis, *&c. Quæ augendi vel minuendi significationem habet: de qua Agellius lib. 5. cap. 12.*

Proficiscor) *& participium illius* profectus. Profecturus *à* proficio *est longum. Ovidius in Epist.*

Non profecturis littora bobus aras.

Idem tamen à proficiscor *etiam produxit Juvenalis Satyr. 6.*

Profectura domo Sicula non mitior aula.

Propinqvus) *qvod substantivè positum corripuit Buchananus, Psalmo 31. in Jambico tetrametro:*

Horrent propinqvi: cæteri.

Profundo) *longum tamen legitur apud Cat. in Argon.*

Has postqvam mœsto profundit pectore voces,

Pro-

Propago nomen) *Qvod enim aliqvi tradunt hoc nomen pro vite positum primam habere productam: pro* genere *vel* progenie *correptam: constare sibi non videtur: siqvidem dictio est eadem per omnia, etiam significatione: prӕter qvam qvod posterior est metaphorica: qvӕ quantitatem mutasse nusqvam legitur.*

Propello) *Lucretius tamen utrunq; corripuit lib. 4.*

Et procul á tergo qvæ provehat atq; propellat.

Ibidem:

Verba propulsantes iterabat dicta, &c. --

Propago) *Ferè apud solum Lucretium inter Poëtas legitur. Libro 1.*

Propagare genus possent, vitamq; tueri.

Ibid:

Nec ratione fluunt alia, stragemq; propagant.

Vocalis i) *Idem de y statuendum, ut:* Polydorus, Polypus.

Ubiq;) ubicunq; *ferè corripitur. Mart. lib. 1.*

Qui tecum cupis esse meos ubicunq; libellos.

Lucanus lib. 7.

Præstandum est ubicunq; caput sed tu qvoq; conjux.

Ad probandum productionem vulgo citant hunc versum ex 8. Metam.

Servor ubicunq; est uni, mea gaudia servo.

Sed hic istoc in loco non reperitur.

Antepenultima in matricida *producta est ab Ausonio in monost. Cæsarum: sed contra analogiam. Nam* Parricida *corripuit Horatius, ode 29. lib. 3. carm. in vers. Alcmanio:*

Telegoni juga parricidæ.

O priorem) *quæ tamen producitur in his: Horat. in arte:*

Indignor, qvandoq; bonus dormitat Homerus.

Metam. 6.

Qvandocunq; mihi pœnas dabis: ipsa pudore, &c.

Lucret. 3.

Sic animas introduxerunt sensibus auctas.

Ovid. 4. Metam.

Ipse retro versus sqvallentia protulit ora.

Sic utrobiq; & alioqvi *sunt qvi productum volunt.*

Qvandoqvidem) *Virg. Ecl. 3.*

Dicite qvandoqvidem in molli consedimus herba.

Bardo-

Bardocucullus) *Mart. lib. 14.*
Gallia Santonico vestit te Bardocucullo.
Sacrosanctus) *Buch. Psal. CV. in trochaico trim. hypermetro:* Sacrosanctum roboris.

Et ibid.

Sacrosancti fœderis. *Goel. part. 2. contr. Gram. lib. 2. c. 46.*

Neqvam) *Huc referunt qvidam:* tepefacio & liqvefacio: *qvæ freqventer correptæ, producuntur à Catullo I. in Argon.*
Alta tepefaciet permista flumina cæde.

Et Ovid. 7. Metam.

Thura liqvefaciunt, indutaq; cornibus avrum.

Sed uterq; metri necessitate coactus fuit: quod Epicis poëtis, in dictionibus tres breves continuas habentibus est familiare. Qvam ob caussam proculdubio etiam Lucretius E produxit in: expergefacio, patefacio, patefio, rarefio.

Adfatim) *Hujus penultimam Agellius qvoq; corripiēdam statuit lib. 7. c. 7. sed ratione valdè lubrica, de qva dicetur infra lib. 2. c. 9. motus. Pavllo melior Prisciani: qui à Græco ἀφάτως potius: qvam à Latino* adfa-

tim *derivari statuit. Verum quia nimis longe petita talis est origo: huic exceptioni simpliciter insistere tutius videtur.*

Pejero, juro) *Addunt qvidam* adimo *à* demo *compositum: quod primam habet longam. Sed falsa compositio: quod* adimo, *ut* redimo *componatur à præpositione* â *& verbo* emo *litera d propter vocalium concursum inserta. Gocl. probl. Gram. part. 2. lib. 2. cap. 44.*

Ambitus) *Ovid. 1. Metam.*

Jussit & ambitæ circundare litora terræ.

Nomen tamen ambitus, *ut &* ambitiosus *simplicis sequuntur quantitatem.*

Cotidiè) *quod primam apud Catullum producit: apud Martialem corripit. Alterum apud Terentium producit: apud Catullum corripit: teste Fabr. lib. 1. de re poët.*

CAP. X.

De qvantitate syllabæ antepenultimæ per Avctoritatem.

1. *Cæterum si in dictionis ad minimum quadrisyllabæ antepenultima vel anteriore discernenda, nec* derivatio, *nec* resolutio

nos

nos expedire possit: ad avctoritatem *tandem confugiendum.*

2. *Qvæ est probati Poëtæ testimonium de qvantitate syllabæ alias dubia prolatum.* *Ex qva regula hæc depromta.*

3. *Antepultima dictionis saltem qvadrisyllabæ, qvæ nec derivari, nec resolvi potest, in A & O desinens, longa: In E vero I & U brevis plerunq; legitur.*

4. *Excipiuntur à parte regulæ* priore, *qvæ antepenultimam habent brevem: ut sunt, qvæ in* olentus *exeunt*; vinolentus.

Qvibus adde: Castanea, *& græca pleraq; ex suis fontibus repetenda:* Academia, aconitum, abrotanum, alabastrum exoticus, *&c.*

5. *A parte vero* posteriore: *qvæ antepenultimam in E, I, & U desinentem habent productam, ut sunt:*

Diminutiva in ecula *&* edula. *Ut:* Vulpecula, labecula, monedula, acredula.

Item hæc in icula: Cuticula, craticula, canicula, clavicula, viticula, ovicula, febricula, (*unde* febricito, febricosus) siticula.

 Qvo

Quo spectant: pediculus, cuniculus, somniculus.

6. *Deinde nomina in* esimus, & ulium. *Ut:* vigesimus, peculium.

7. *Quibus adde:* pecunia, penuria, lacinia, contumelia, fastigium, marsupium, præputium, novitius, dicterium, acedia, cupedia, calvitium, convicium, titivillitium, laserpicium, Acinaces, præstigiæ, sempiternus, lemuria (*lemures tamen penultimam habet brevem*) fidelia, cerevisia, fiducia, pastinaca. *Et hæc pluralia:* multitia, eqviria, comitia.

8. *Deniq; verba derivata in* utio: & *hæc seqventia in* urio: *Ut:* Scalpurio, ligurio, scaturio. *Adde:* fastidio, conniveo, amicio, obliviscor.

Et laviuium, triclinium, ficedula, obstinatus: *quæ antepenultimam communem habent.*

AD CAP. X.

Novitius) *In* cius *vel* tius *præcedente* i, *desinentia omnia antepenultimam auctore Prisciano lib. 4. corripiunt. Micyllus excipit:*

cipit: Novitius *(qvod Juven. Sat. 3. produxit) & qvadam peregrina:* Numicius, Apicius, &c.

Item qvæ à verbis, vel participiis venientia, 'r penultimæ syllabæ non ex primitivo habent: sed adventitia terminatione, ut: supposititius, emissitius, projectitius, adoptatius, *&c. Mart. lib. 4.*

Hermes supposititius sibi ipsi est.

Castanea) *His qvidam addunt:* nefarius; *qvod Propert. lib. 4. in antepenultima corripuerit. ut:*

Dixit & incerto permisit brachia somno,
Nescia nefariis accubuisse novis.

Sed locus videtur Grammaticis suspectus.

Siticula) *Sic:* Siticulosus: Sitibundus à sititu. *Hor. od. 3. epod. in Jamb.*

Siticulosæ Apuliæ. *Et Buch. Psal. 105. versu Trochaico:* Per siticulosæ arenæ. *Gocl. part. 2. Gram. lib. 2. c. 46.*

Sempiternus) *Qvasi* sempæternus. *Scal. de cav. ling. Lat. c. 28.*

Scaturio) *Reliqva enim à supinis derivata, regulam seqvuntur, ut:* esurio, parturio.

Ficedula) *Quod Mar. in Xen. produxit: at Juven. Sat. 14. corripuit.*

Mergere ficedulas didicit nebulone parente.

Pediculus) *Hinc syllabam* di *in* pediculosus *Mart. lib. 12. produxit;*

Hinc menti dominus pediculosi.

CAP. XI.

De primæ syllabæ qvantitate: ubi de compositione, & iterum Auctoritate.

1. *Hucusq; de qvantitate syllabarum* ultimarum & intermediarum: *superest dictionis, ejjusq; ad minimum dissyllabæ* prima *syllaba: qvæ vel ex* compositione *vel* Avctoritate *percipienda.*

2. Compositio *hic est, qvando dictionis dissyllabæ qvantitas, una atq; altera syllaba componendo præposita per accentum dignoscitur. ut:* lego, prælego: clamo, præclamo: venis, circumvenis, dare, pessundare.

3. *Qvæ enim syllaba penultima in composita voce elevatur vel deprimitur: illa in simplice longa vel brevis reputanda.*

Verum qvia infirmius hoc judicium est, & à

& à prima, in dissyllaba dictione, quantitate dependet: ut supra de accentu dictum: Ideo de illa prius dispiciendum erit in sequentibus.

4. *Quotiescunque igitur prima vocis cujusque syllaba ex regulis hucusque propositis, discerni nequiverit: tandem ad* avctoritatem *est decurrendum: ut de illius quantitate tantum statuamus, quantum ex concordibus optimorum poëtarum suffragiis in ipsorum operibus relictis colligere licet.*

5. *Ex qua regula generalis hæc collecta:* Prima dictionis cujjusque syllaba, cæteroqvin dubia ex avctoritate brevis reputanda.

6. *Exceptis tamen non paucis: quæ primam vel* longam: *vel* communem *habent.*

7. *Longam habent:*

Omne præteritum & supinum dissyllabum. ut: vidi, veni, visum, notum.

8. *Excipe à* præteritis *sex:* steti, dedi, scidi, fidi, bibi, tuli: *à verbis*, sto, do, scindo, findo, bibo, fero.

Abscidi *penultimam modo brevem: modo lon-*

do longam habet: sed prout ibi à ſcindo; *hic à* cædo *derivatur.*

9. *A* ſupinis *vero octo:* Ratum, ſatum, datum, litum, itum, ſitum, citum, rutum: *à verbis* Reor, ſero, do, lino, eo, ſino, cieo, ruo. ſtatum *videtur commune eſſe.*

10. *Deinde omnia primæ conjugationis verba monoſyllaba, quæ in flectendo primam ſyllabam in à formant, ut:* ſtabam, ſtabo, flare, nare, &c.

Excipitur do, *quod in omnibus temporibus primam in* a *&* e *deſinentem corripit, ut:* damus, datis, dabo, date, dato, darem, dare, detur, demus.

11. *Poſtea* longam *etiam primam hæc ſequentia juxta ſeriem literarum initialem collecta.*

A.

Acer adjectivum) *Afer, ala, ales, alea: ames, amentum, amuletum: anus,* podex, *anulus; ara, area, areo, aridus: ater, atrium.*

B.

Balo: baſium, belua: Berillus: Beta: biga,

biga, bilis, bimus, bini, boletus, bolus: brachium, bruchus, bruma, brutus: bubile, bubalus, bubulus, bucula, bubo, bufo, buris.

C.

Cacabus, cacabo verbum perdicum proprium, *caduceum, caligo, calo*, verbum, *calones, camus, canus, canabis, capo, carectum, carex, carus, carica, caseus: cementum, ceremonia, celo, ceritum, cera, ceroma, cerussa, cete: cimex, civis, clades, clamo, clarus, clathrus, clavus, clava, clavis, clemens, clerus, climax, clima, clino*, antiqvum, unde inclino, *clitella, clivus, clunis: codex, cogito, colare, coleus*, testiculus, *colum, comessor, comœdia, comicus, comitia, cominus, comis, comere, conor, conus, conops, copia, copula, coram, coralium, corus*, ventus, *corytus, cos cotis, coturnix: crabro, crapula, crater, crates, creber, credo, creta, cribrum, crimen, crinis, crudus, crudelis*, crus *cruris: cudo, culus*, podex, *culeus, cuna, cupa, cura, curia, & cuso*, obsoletum: unde accuso, &c.

D.

Dama: debeo, debilis, deliciæ, delubrum, demo, demum, deni, denarius, deniq;, denuo, deses, deter: Dica, dicere, dirus, divus, dis ditis, divinus: Dodrans, dolium, donec, donum, dos dotis; ducere, dudum, dumus, durus.

E.

Ebrius, Echo, electrum, elegans, epar, elogium, elysium, eminus, eruca.

F.

Fabula, facundus, fagus, faginus, fama, fanum, fanaticus, fari, fatum: fex *fecis, fecialis, fecundus, felix, felis, fœmina, feralis, feriæ: Fiber fibra, fibula, ficedula, ficus, ficulnus, fidus, fido, fiducia, figo, filius, filum, finis: Flabrum, flagitium, flagito, flamen, flavus, fligo,* unde infligo, flos *floris, flumen:* At fluvius breve est: *focale, foco,* unde suffoco, *fomes: fragum, fragor,* verbum antiqvum, *frater, frenum, fretus, frigus, frivolus,* frux *frugis, frumentum: Fucus, fuligo, fumus fumarium, funis, funus, fur furis, fusus,* quo filum ducitur, *futio, futilis.*

G. Ga-

G.

Ganeum, gavisus: glarea, gleba, glis gliris, gloria, glubo, gluma, gluten, glutio: Gnarus, gnavus, gnatus: Gobius, graculus, gramen, granum, granatum, grates, gratia: griphus.

H.

Halec, hamo, hamus: Heres, heros: hibernus, hilum: hora: humanus, humor.

I.

Janua, janus: ibam, ibo, ab eo, *ibis,* avis *ico* ferio, *idus, jejunus, ilia* inteſtina, *ilex,* qvercus, *ilignus: imo, imus, ira, iris,* arcus cœleſtis, *jubilum, jucundus, judex, jugero, jugis,* adjectivum: *junior, juniperus, junius, julius,* jus *juris, juro.*

L.

Labor verbum *labes, lama, lamentum, lamina: lana, lanugo, laſerpitium, laterna, latrare, latus,* adjectivum: lex *legis, legare, lena, leno, lenis, letum* mors, *levis* pro glabro, *levigo, levor: libo, libum, liber* adjectivum & pro Baccho, *libe-*

libero, liberi, filii, *libra: Lichen* mentagra, *licium, lilium, lima, limax, limen, limes, limare, limus:* oblimo, unde sublimis, illimis: *linea, linum: liquor*, verbum, *lira*, sulcus, *liro*, lis *litis, litera, liveo, livor: locusta, lodix, loligo, lomentum, lorum, lorica, loripes, lotium, lotus: Lubricus*, Lux *lucis, luceo, lucina, lucus*, nemus, *ludus, ludo, lugeo, lumen, luna, luridus, luror: lutea seu lutum*, herba: unde luteus, luteolus pro colore rufo. At lutum pro cœno corripitur, unde luteus, lutulentus.

M.

Machina, macero, maceries, magale, mala, pars faciei, *malo, mavis, malum:* pomum: *malus* arbor, *manè, matutinis, manes, manare, matella, mater, materia, maturus: Mavors, matuta: Mechanicus, meta, metior, metari: Mica, miles, minus: miror, mirus, mitis: moles, molior: momentum, momus:* mos *moris, morus; morio, mucus, mucro, mugil, mugio, mula, munus, munia, munio, murex, murena*, mus *muris, murus, Musa, muto, mutus, mutuus.*

N. Na-

Nanus, nares, nar *naris, natus, natura, nasus, naso, natrix, navis, navalis, navo, navus: Negligo, nemo: Nideo, nidus, nimirum, nitella, nitor verbum: Nobis, nodus, nolo, nomen, nonus, Nonius, notus,* (adjectivum) *notesco: Nubes, nubo, nudus, nugæ, numen, numus, nuper, nutus, nutrio.*

O.

Obex: Oceanus; ocyor: oda, odi (verbum:) (sed odium breve) *olim: olea,* pro mensura, *Omen, omentum, opilio, ora (extremitas) oro,* os *oris, ovum.*

P.

Pabulum, pax pacis, paciscor breve, *pagina, pagus, palus, li, palo, palatum, panis, papilio, papo, pareo, parus, & pavo* (avis) *pavus: Pedo,* crepitum ventris emitto, *penè, penis, penula, penuria, pera, pero, petus: Phoca* vituli marini, *pica, pila,* columna, *pilo,* pro complano, *piluen,* telum *pileus, pilentum, pinus, pipo, pipio, pipilo,* avium vox, *pirata, pisum* legumen, *pituita: placo, plaga* pro ictu, *planus* adjectivum, *plebs plebis, plenus,*

ploro, pluma, plus pluris, pluto: poculum, pocllo, podex, pomum, pone, pono, populus arbor, *poto, potus: pratum, pravus, pridem, primus, privare, privignus, privus, procerus, prodigium, proles, proletarius, prolixus, pronus, propitius, prora, prosa, protinus, proverbium, provincia: prudens, pruna, prunus, prurio: Pubes, publicus, pugio, pugillares, pulex, pumex, pumilio, punicus, punio, pupa, pupillus, purus, pus puris: pusio,* at pusillus corripitur, *puteo, putus,* id est purus.

Q.

Quadra, quadraginta, quadruplex, &c. qualus, qualis, quapropter, quaquaversus, quare, quatenus, quatuor, quini.

R.

Rabula, radix, rado, ramex, ramus, ramale, rana, rapa, rarus, ravis: Rex regis, *regula, remex, remus, renes: Renus, repo, rete: Rheda, Rhinoceros: rideo, rima, ripa, rito,* antiqvum unde: irrito, prorito *ritus* adjectivum *rivalis, rivus: Robur, rodo, Roma, Romulus,* ros *roris:*

Rubi-

Rubigo, rudus, rufus, ruga, rugio, rumen, rumor, rupes, rus *ruris, ruta.*

S.

Sagus; saga, sagto, sagum, sanus, sapo, saperda: scala, scena, schema, scipio, sclopus, Scotus gentile à Clavdiano: *scopæ, scribo, scriblita, scrinium, scrofa, scrupus; scrupulus, scruta, scrutor, scutum: Seculum, sedare, sedes*, sedile tamen breve: *seditio, sedulus, semen, & semis*, cum compositis: *semita, seni, senio* â sex, *sepes, seria*, vas vinarium: *sericus, serius, serus, seta, sevum vel sepum* ex qvo candelæ fiunt: *Sibilus, sica, sidus, sidero, sido, simia, simus, sitis*, â sum: *sinum vel sinus*, vasis genus: *sirius, sive, sobrius, sodes*, sol *solis, solennis, solers, solo*, id est vasto: *solidus, solus, sopio, soporo, sorex: spadix, specula*, â spe: *spelunca, spero, spica, spiculum, spina, spira, spiro, splen, splenis, spuma, sputum: sqvaleo, sqvama: stamen, stipo, stipes*, truncus *stipendium, stiria, stiva, strages, stragulum, stramen, strena, strenuus, strideo, strigosus, struthio, struma, stupa*: at stupeo prima brevi: *svada, svadeo, svavis,*

ſvavium , ſuber , ſubula inſtrumentum ſutorium , *ſudare , ſudum , ſugo , ſumo , ſumen , ſura*.

T.

Tabes , tabum , talaris , talea, talio, talis , talus , talitrum , tamino, verbum : *Tegula, tela , telum , temulentus , temo , teter :* tus *turis : Tibia , titillo , tiro , Titan : tomentum , totus : Tragula , trama , trames , Tribula , tricæ , trico , triduum, trigæ, tringinta , triceni , trimus , trinus , tritura , triticum , trudo , tuber* pro tumore pro arbore brevis : *tutus.*

V.

Vaticinium , vadere , vagina , vagio , vanus , vapulo , vapa , virus , varix , vas *vaſis , vates : uber , udus , velabrum , veles, velum , velo , velox , vena , venum, veneo, venor ,* ver *veris, verus, veratrum, veſica: vibex , vibro , viburnum , vibius , vicus , vicem , viceni , viginti , vicenus : vilis ; vimen , vinum , vipera , vires, virus,* inde viroſus : *vita, vitis, vitare, vitricus, vitex , vitiligo , vitupero , vivo , viverra : uligo, unus : vobis,* vox, *vocis,* inde voca-

vocalis, vocula, *vomer: upilio, uro, urina: utor, usus, utensilia, uter, utris, utriculus, utilis, uva, uvidus.*

Communem *verò habent hæc: coturnix, flabellum, gradivus, liqvor*, verbum & nomen, *liqvesco, liqvidus, Lavinium, à Orion, palatium, pituita, qvadriga, qvadrupes, Resina, rudere, strigilis, vacillo, Hymen, pumilio, vel pumilus, pumilo.*

AD CAP. XI.

Rutum) Ruo *hodie facit* ruitum *in supino: olim* rutum: *unde composita:* obrutus, dirutus, &c.

Statum) *Hinc enim nomen* status, *tam substantivè, quam adjective acceptum &* statim, statio, *item composita per i formata, sunt brevia. Qvamvis Prisc. lib. 10. hoc supinum longum statuat. Hinc item* staturus *& composita per a formata producuntur. ut Lucr. libr. 2.*

Hic acies statura ducum - - Id. lib. 6.
Et statura redit - - Mart. lib. 10.
Constatura fuit Megalēsibus purpura centū.

Brevibus supinis addunt, qvitū à qveo.

Verum hoc & rarum est, & qvantitas ejus ex Terentio tantum brevis adseritur. Cujus ut omnium Comicorum, hac in causa non ita firma censetur avctoritas.

Focale) *non à* foco *dictum: sed fascia collo circumdata. Senec. lib. 3. Qvinct. 11. Qvidam volunt pro ferro crinibus crispandis apto poni prima brevi: sed falso. Apud Horatium enim lib. 2. Satyr. 3. & eandem retinet significationem, pro* fascia: *& productum legitur, ex sententia Lambini correctum:*

Fasciolas, cubital, focalia: potus ut ille.

Grates) Gratis *tamen aliqvando breve legitur apud Mart. lib. 11.*

Lesbia se jurat nunqvam gratis esse futuram.

Citatur etiam exemplum ex Ter. Phor. cum tamen alias ubiq. fere longum legatur.

Locusta) *qvod tamen correptum docent inveniri.*

Olim) *additur* olea *pro mensura.*

Panis) *additur vulgo* Papas *pro seniore vel patre: unde* Papa *pontificis maximi nomen: Juven. Sat. 6.*

Tumidus prægustat pocula papas.

Pulex)

Pulex) *Martialis & Columella. Illud enim q vulgo tribuitur Ovidio:* parve pulex, &c. *à doctis reprehenditur.*

Pila) *pro* columna, *vel mole in aquam demissa, Nam pro sphærula lusoria brevem habet primam: Sic* pilus, *pro seta, vel crine, est breve: unde* depilo, *penultima brevi, hoc est crines evello.*

Serus) Sera, serum, *adjectiva. Non* sera, serum, *substantiva, quæ prima correpta.*

Stipes truncus) Stipis *enim à* stips, *penultimam brevem habet. A* stipo *venit:* obstipus.

Tuber) *unde* tuberculum, extubero, tu *longum habent.*

Teter) Tetricus *tamen adjectivum, & proprium montis corripitur.*

Palatium) *Quamvis sint qui primam non nisi per diplasiasmum duplicato ll produci: alias natura brevem putent.*

Pituita) *quod frequenter breve, produxit Catullus:*

Mucusq; & mala pituita nasi.

Rudere) *Virg. 7.*

Serâ sub nocte rudentum.

Persius.

Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

Liqvidus) *Lucr. lib. 4.*

Crassaq; conveniant liqvidis, & liqvîda crassis.

Vibro) *Catul. in epigram. corripuit: alias productum, Fabr.*

CAP. XII.

De Græcis peregrinis & propriis vocibus.

Atq; hactenus de syllabarum simplici qvantitate omnium, cum in genere: tum in specie, maximè apud Latinos.

De Græcis *dictionibus &* peregrinis, *hæ duæ regulæ generaliter observandæ:*

I.

1. Ex Græcorum *lingva in latinam translatarum dictionum qvantitas, ex sua origine repetenda: sive sint primæ, sive intermediæ, sive ultimæ syllabæ.*

2. Qvæ enim syllabæ in origine Græca habent ε vel ο, illæ perpetuo breves.

3. Qvæ

3. *Qvæ vero η vel ω, vel ex diphthongo qvapiam translatæ sunt perpetuo longæ.*

4. *Qvæ deniq; α, ι, υ, regulariter breves sunt putandæ: nisi à Poëtis sint in aliqvibus vocibus productæ: qvod ex usu est cognoscendum.*

5. *Ad incrementum nominum qvod attinet: id si græcorum flexionem retinet, qvantitas inde reqetenda.*

6. *Si verò in latinam flexionem à Græca diversam transit: latinorum legem seqvitur. Sic* dæmon *habet* dæmonis, *penultima brevi: qvia græca flexio est eadem per os* δαίμονος. Dido *verò* Didonis *penultima longa: qvia græca flexio* διδοῦς *ab hac latina diversa.*

II.

7. Propria *nomina maximè* peregrina, *h. e. qvæ nec latina sunt, nec à Græcis, sed ex alia translata lingva, syllabas primam & intermedias (nisi regula generalis, derivatio, vel resolutio, in nativa origine aliud svadeat) ferè communes pro arbitrio scribentis habenda.*

8. *Opera tamen danda, ut latinarum vocum similiter cadentium analogiæ, quantum poteſt fieri, reſpondeant.*

9. *Quæcunq; avtem à probatiſſimis ſunt Poëtis in hanc vel illam partem uſurpata: ab horum avctoritate non facilè debemus recedere.*

AD CAP. XII.

Perpetuo breves) *Cujuſmodi ſunt ab e in* mediis: *ætheris, aëris, Macedo, Tenedus, Ariſtoteles, Arthemis, Origenes, Philopolemus, Ariſtoxenus, Porſena, Aphæreſis, hypotheſis, Geometra, In* primis: *Epiſcopus, Helenus, &c.*

Ab o, *in genitivis: Actæon, Alcyon, Amazon, Amphion, Gnomon, Gorgon, Jaſon, Lycaon, Machaon, Palæmon, Philemon, Sarpedon, Strimon, &c.* Item: in mediis: *Apocha, hebdomas, Antiochus, Laodocus: Tiſiphone, metropolis, Latomus, Chryſogonus, Philoponus, Patrochus, Polychronius, horoſcopus, &c.* Inprimis: *Rhodus, tropus, propola, proſopon, Propheta, problema, prometheus, &c.*

Perpe-

Perpetuò longæ) *Cujus sunt* ab η in mediis: *poëma, diadema, erotema, &c. poësis, mathesis, Catachresis, &c. Camelus, paracletus, Ecclesia, Etesia: Nicodemus, chirotheca, Poliphemus, Alcedon, Sarpedon, Dromedus, Agenor, Ansenor, Prometheus, Diomedes, parasceve, Athenæ, Mytilena, Cyrene, Cyperus, Cythera, Medus, Medimnus, Academia, blasphemia, eremus, ephemeris, Cratera, statera, Galesus, Symplegas, Magnesia, Milesius, Onesimus, &c.*

Inprimis: *Thebe, Echo, Theca, Pegasus, speleum, Zelus, Belus, Delus, Pedice, Zerinthus, Creta, Clerus, Rhetor, Ericomus, heros, Demosthenes, &c.*

Quo spectat: Anathema, *penultima vel correpta, pro homine exsecrando, & à communione officiorum sacrorum remoto: quem vulgo dicimus excommunicatum: vel producta: pro donario in templis suspenso. Quamvis* Goclenius *semper correptũ velit: part. 2. Gram. lib. 1. q. 7.*

Ab ω in mediis: *Ætolia, Marsolus, phycolus, Pæonius, Hyponax, Cydonius, Sophro-*

Sophronius, hyssopus, Levcopetra, axioma, Synagoga. tetragonum, dicolon, ænopola, antiphona, opsonium, Polydorus, Antiptosis, aptota, Canopus, Pyropus, Europa, Exoticus, epirota, lithostrotus, epodus, panodia, Herodes, Hilarodos, Pactolus, meteora, Oporinus, metamorphosis, Jonia, Pelorus, Chrysodoris, Lycoras, &c.

In primis: *Oceanus, Phoca, Cocytus, Ochius, Socrates, Codrus, & odona, Ogygius, Comœdia, Phonascus, Opis Dea, Morus, Soracte, Cotilus, Clotho, Plotus, Proteus, Crobialus, phora, dropex, Sorites, thorax.*

Ab ει *Saphirus, magirus, paradisus, Heraclitus, Pyratæ, Aristides, Clytus, Chirurgus, Ironia, Sirius, Siren, phtiriasis, Pirene, Pirithous, Epirus, Dejanira, Podalirius, Camirus, Phidias, Idus, Idolum, elegidion, Pelides, Neoclides, Evclides, Chimerii. &c.*

Ab ου: *Thrasibulus, Hierodulus, Creusa, Medusa, Rhamnusius, Thelethusa. Plutus &c.*

Productæ) *Cujusmodi sunt* ab a in primis:

mis: *cum* πᾶσι *composita: pasiphaës: Sabus Nabus: Sabura, Thracia, Dacia, Gades, Agalma, Lagus, Ladon, Agis, Cragus, Pagasa, Mago, Aledius, Aliphe, Lagobus, Tragema, Balæna, Malobathrum, Alecto, Damœtas, Damon, Mamertus, Paphlagones, Apenninus, Arnus, Carinus, Larissa, Pharis, Larunda, Phasis Thrasimachus, Atys, Latona, Agys, Napia, Narycium, Cares, Naron, Asopus, Masis, Ate, Crater, Latomus &c.*

In mediis: *Atabulus, Benacus, Sarraca, Phæacia, Syracusa, Jader, Jadria, Philamon, Thymjama, Æsculapius, Japix, Japis, Agelades, Æsarus, Aratus, Caphareus, Mesapus, Priapus, Anapus, Sarapis, Amaracus, tiara, Amasis, dictanum, erymathus, Garganus, hypates, Pirata, Jason, Jasius, Omphale, Sardanapalus, Pharsalus, Styphalus, Satanas, Reate: Item Gentilia in* ates, atis non composita: *item* anor, & janos, *ut: Mithridates, Crotoniates, Achates, Spartiates, Nicanor, Justinianus.* Et obliqvi à Masculinis in an qvintæ Græcorum: *Titanos, pæanos,*

paanos, &c. Deniq; Verbalia in ama: *thyama, &c.*

Abi in primis: *Japetus, Ibycus, Ida, Dido, Bithynia, Sythonia, Tithon, Icarus, Iconium, Sigaus, Sigerius, Nilus, Smilax, Pilumnus, Iphigenia, Niphe, Sicilia, Sicania, Siculus, Ilium, Miletum, Silenus, Inachus, Inopus, Minos, Cinyphus, Trinacria, Riphaus, Irus, isis, Briseis, Disa, Pisidees, Sisyphus, Titan, Tityrus, Triton, griphus:* Sicla νίκη, *&* μῖσος, *&* τιμὴ *composita: Nicolaus, Polinice, Thessalonica, Misocalus, Timotheus, Philotimus. Tiphis, Ciris, Liris, Niveus, Tiresias.* In mediis: *Origanum, Acidalius, Chelidon, Myrica, Aricia, Phœnicia, Granicus, Caïcus, Nasica, ustica, Isidius, Belides, Posides Lycurgides, crocodilus, Asilus, argiletum, parasitus, cobilium, eriphile, oïlens, melilotum, Acinaces, Ægina, Camerina, Delphinius, Evripus, Evripides, Osiris, Semiranus, Anchises, Carisius, aconitum. Item desinentia in* ίτης *&* ίτη *hyperdissyllaba penacuta: Thersites, aphrodite, hermaphrodite, Sibarites, Architas, &c.*

Item

Item in ine: Adrastine, heroina: exceptis civitatum nominibus. Et substantiva in ινος & ινον polysyllaba: Caminus, selinus, Gyrinus, Philinus, &c. architriclinus, echinus, heminai, Æschines, Alipha, Enipeus, Scriphus, Alithyia.

Ab υ in primis: *Lyda, Lydia, Syla Thyle, gryphus, hypates, Syrinx, Cyanus, Ogyges, Tydeus, Zythus, Pythia, Pytho, Pythagoras, Strymon, gyrus, Cyrus, Cyrinus, Cyrene, myriades, Nysa, Misia, lytrum, Psyche, Lysippus, Lysander, Hyble, Cymodoce, Symæthus, Typhon, Scyrus, Tyridates. Composita & derivata à μῦθος; κύριος; σύκη χρῦσος; πῦρ πυρὸς ut: Cyriacus, Sycophanta, Mythologus, Chrysogonus, Pyretes, Pyramus &c. λύσις cum compositis est indifferens: Paralysis tamen freqventius producitur.*

In mediis: *substantiva & propria in υνος: Bithynus: Bithynia, Dictyna, Pachynus. Obliqui ab υν ut: Phorcynis, Gortynis, & composita à κῦδος: Erycides. Item hec: Lastrygon, Abyla, Abydus, Thucydides, Corcyra, Cosyra, Nisyrus, Cambyses,*

Diony.

Dionysius, Amphrysus, Cocytus, Berytus: Asylum, collyrium, condylonia, apyrinum, Massylia, Pamphylia, Nisyrus, Papyrus, stagyra, Idolothytum.

Cognoscendum) *Excipitur* thema & clima: *qvæ Poëtica licentia, contra nativam originis qvantitatem qvandoq; producuntur. Sic contra in* axioma *penultimam Capella lib.4.corripuit: sed præter rationem.*

In nativa origine) *Qvomodo in nostra Germanorum lingva Kunrathus, Volrathus, Heinricus, Fridericus, Huldericus. Godefridus, Siegfridus penultimam productam habent: qvod simplicium:* Rath/ Reich/ Fried/ *(qvorum illud vocali longa: hæc diphthongis constant) qvantitatem seqvi composita debeant.*

Communes pro arbitrio) *ut sunt:* In primis: *Fidenæ, Curetes, Pachynus, Cosyra, Abel, Labicum, Qvadi, Adamus, Darius, David: Lavinium, Gedeon Elisabeth, Sichæus, Lychas, Silenus, Sicamia, Italia, Italus, Britannus, Robertus, Tobias, Orion, Luceres, Susanna, Syphax, Symon, &c.*

In

In penultimis: *Ascalon, pelicanus, Sicanus, Batavus, Batavia: Davidis, Jordanis, Moyses, Pisides, Caiphas, Cyane, Edonis, Cybeles, Orionis, Ægionis, Bebricis, Syphacis, Sydonis, Oenotria.*

In antepenultimis) *Numitius, Varicanus, Apulia, Venusia, Venusinus, Jasius, Parrhasius, Patavium, Lanuvium, Mercurius, &c.*

Partem usurpata) *Quomodo longa reperiuntur ab A* in primis: *Zacharias, Pavius, Samaria, Camus, Danubius, Manlius, Lanuvium, Sapis fluvius, Papinus, Papia, Saravarus, Nasica, Naso, Aso, Nasidius, Amasis, Statius, Matta, Nathanael, Saturnus, Scatimus, Sarius, Mavors, Davus, Ravidius, &c.*

In mediis) *Dolabella, Albumasar, Eleazarus, Margarita, Aaron, Bethphage, &c.*

Ab e: *Zebedeus*, *Helias*, *Elam*, *Pelusium*, *Esau*, *Resus*, *Eva*, *Levi*, *Levita.*

In mediis: *Cethegus, Cornelius, Aurelius, Josephus, Lucretius, Suevus, Alevas, Renus, Remigius, Trevir, &c.*

G Ab

Ab I in primis: *Tibur, Scribonius, Silius, Plinius, Sina, Scipio, Sipho, Liquetius, Nisus, Isaac, Piso, Clitumnus, Silo, &c.*

In mediis: *Vestidius, Lucilius, Manilius, Rutilius, Marsilius, Fenilia, Palilia, Ariminum, Opimius, Arpinum, Ticinus, Pachinus, Busiris, Jairus, Osiris, Semiramis, Arvisium, Carisius, Elisa, Elisæus, Helisus, Aqvitania, Lusitania, Potitius, Misitius, &c.*

Ab O in primis: *Jobus, Clodius, Clodovcus, Nola, Spoletum, Romulus, Nonius, Monychos, Tonites, Noricum, Moses, Josephus, Josias, &c.*

In mediis: *Jacobus, Longobardus, Subsolanus, Salome, Babilonius, Petronius, Cleophas, Tholosa.*

Ab u in primis: *Jupiter, Nusa, Drusus, Brutus, Juverna.*

In mediis: *Insuber, Apulia, Amulius, Jubus, Æsculapius, Lucuna, Vecuna, Arupinus, Hetruria, &c.*

CAP. XIII.

De qvantitate figurata.

1. *Hactenus igitur dictum de qvantitate* sim-

ſimplici: *ſeqvitur jam* figurata, *qvæ per certas figuras alicubi à ſimplicis qvantitatis regulis diſcordat: poëtis fere tantum uſitata.*

2. *Qvæ vel ad* primam & intermedias *ſyllabas pertinet: vel ad* finalem *tantum.*

3. Prioris *generis ſunt:* Syſtole & Diaſtole.

4. *Qvarum* illa *eſt, cum ſyllaba regulariter longa, corripitur.*

5. Iſta *verò cum ſyllaba regulariter brevis producitur: etiam* Ectaſis *dicta.*

6. *Qvod fit utrobiq; vel* neceſsitate metri *cogente: vel ex poëtica* licentia.

7. Illud *qvando dictionis ſyllabæ in regulari qvantitate ex ejusmodi pede conſtant: qvi propoſitam carminis dimenſionem ferre neqveat: Videlicet qvando vox* trybrachyn, *hoc eſt, tres continuas breves, vel* creticum, *hoc eſt, primam & tertiam longam, intermediam brevi, habens, carmen Heroicum debet ingredi.*

Qvo caſu illius prima vel ſecunda plerunq; per diaſtolen *producitur: iſtius prima vel poſtrema per* Syſtolen *corripitur. Ut: Virg. 3. Æneid.*

 Ibi-

Ab I in primis: *Tibur, Scribonius, Silius, Plinius, Sina, Scipio, Sipho, Liquetius, Nisus, Isaac, Piso, Clitumnus, Silo, &c.*

In mediis: *Vestidius, Lucilius, Manilius, Rutilius, Marsilius, Fenilia, Palilia, Ariminum, Opimius, Arpinum, Ticinus, Pachinus, Busiris, Jairus, Osiris, Semiramis, Arvisium, Carisius, Elisa, Elisæus, Helisus, Aquitania, Lusitania, Potitius, Misitius, &c.*

Ab O in primis: *Jobus, Clodius, Clodoveus, Nola, Spoletum, Romulus, Nonius, Monychos, Tonites, Noricum, Moses, Josephus, Josias, &c.*

In mediis: *Jacobus, Longobardus, Subsolanus, Salome, Babilonius, Petronius, Cleophas, Tholosa.*

Ab u in primis: *Jupiter, Nusa, Drusus, Brutus, Juverna.*

In mediis: *Insuber, Apulia, Amulius, Jubus, Æsculapius, Lucuna, Vecuna, Arupinus, Hetruria, &c.*

CAP. XIII.

De qvantitate figurata.

1. *Hactenus igitur dictum de quantitate* sim-

ſimplici: *ſeqvitur jam* figurata, *qvæ per certas figuras alicubi à ſimplicis qvantitatis regulis diſcordat: poëtis fere tantum uſitata.*

2\. *Qvæ vel ad* primam & intermedias *ſyllabas pertinet: vel ad* finalem *tantum.*

3\. Prioris *generis ſunt:* Syſtole & Diaſtole.

4\. *Qvarum* illa *eſt, cum ſyllaba regulariter longa, corripitur.*

5\. Iſta *verò cum ſyllaba regulariter brevis producitur: etiam* Ectaſis *dicta.*

6\. *Qvod fit utrobiq; vel* neceſsitate metri *cogente: vel ex poëtica* licentia.

7\. Illud *qvando dictionis ſyllabæ in regulari qvantitate ex ejjusmodi pede conſtant: qvi propoſitam carminis dimenſionem ferre neqveat: Videlicet qvando vox* trybrachyn, *hoc eſt, tres continuas breves, vel* creticum, *hoc eſt, primam & tertiam longam, intermedia brevi, habens, carmen Heroicum debet ingredi.*

Qvo caſu illius prima vel ſecunda plerunq; per diaſtolen *producitur: iſtius prima vel poſtrema per* Syſtolen *corripitur. Ut: Virg. 3. Æneid.*

Ibitis Italiam, portusq; intrare licebit.

Id. 6. Æn.

Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto.

Propert. lib. 2.

Et domus intactæ te tremit Arabiæ.

Martial. lib. 7.

Hæc eſt illa tibi promiſſa Theophila cani.

Hic Italia, Priamides, Arabia, Theophila, *tres priores habent breves.*

Juven. Sat. 2.

Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem Stoicidæ.

Hic in voce Stoicidæ *prima & tertia longa eſt, brevi intermedia.*

8. Illud *verò qvando non cogente ejusmodi neceſſitate vel* longa per Syſtolen *corripiunt.*

9. *Qvod fit avt* ſimpliciter in natura longis. *Virg. Ecl: 4.*

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. *pro* tulērunt.

10. *Aut in* poſitione longis *abjecta conſonantium alterutra. Ut Lucret:*

Cur obicis Magno tumulum, manesq; vagantes:

pro objicis. *Ovid: de Pont. 2.*

Turpe

Turpe putes abici qvod sim miserandus amicis:
pro abjici.

11. *Vel* breves per diastolen *producūt: idq́, iterum vel* simpliciter, *ut Stat: Theb. 2.*
Apparet: avt celsum crebris arietibus urbis.
Hic e in arietibus *brevis est:* aries arietis.

12. *Vel ita ut* simplex consona geminetur: *qvod vulgò* diplasiasmum *vocant, ut: Virg: 2. Æn.*
Relligione patrum multos servata per annos.
pro religione.

Horat: Ep. 2.

Rettulit acceptos regale numisma Philippos:
pro, retulit.

13. Posterioris :- Cæsura *&* *versus* clavsula.

14. Cæsura *est sectio, qva ultima dictionis in versu syllaba, qvæ est post pedem dimēsum reliqva, qvasi abscissa novo pedi cum seqventi dictione juncta gradum ponit.*

15. *Cujjus in dimetiendo junctura tanta vis est: ut syllabam hanc per cæsuram à sua voce sic abscissam, si brevis sit, ad imitationem Græcorum, Poëtæ sæpius ex licentia produxerint.*

16. *Quod cum in aliis carminum generibus: tum maximè in dactylici hexametro & pentametro locum habet.*

Et quidem in utroq; *post pedem* primum, *quæ cæsura* triemimeris. *Ut Virg: 4. Æn.*

Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Mart. lib. 6.

Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.

Et sæpius secundum: *quæ* penthemimeris, *vel* semiqvinaria: *ut Æn. 5.*

Emicat Euryalus & munere victor amici.

Idem.

Omnia vincit amor & nos cedamus amori.

In illo *verò etiam freqventer post* tertium, *quæ* hepthemimeris, *vel* semiseptenaria: *ut Æn. 5.*

Ostentans artem pariter arcumq; sonantem.

Idem:

Congredior, fer sacra pater, & concipe fedus.

Rarius post qvartum: *quæ* Ennemimeris. *ut Ecl. 6. Virg:*

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Idem:

Grajjus homo infectos linqvens profugus hymenæos.

Quo

Qvo referri possunt monosyllaba etiam brevia Græcorum more producta, ut Æn. 3.

Liminaq; lavrusq; Dei totusq; moveri.

Juven. Satyr. 5.

Et animam & mentem cum qva Di nocte loqvuntur.

17. Clavsula *versus, est finalis cujuscunq; versus, in qvocunq; genere, syllaba, hoc privilegio donata: ut illam longam corripere, brevem verò producere, pro conditione carminis, cuivis liceat. Ubi de regula:*

Ultima versus syllaba legib. est soluta.

Virg: Æneid: 1.

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æqvor.

Mart. lib. 9.

Nobis non licet esse tam disertis.

In priore enim exemplo finalis syllaba brevis producitur: ut pro carminis statu spondeus: In posteriore longa corripitur, ut trochæus locum habeat.

AD CAP. XIII.

Tulerunt) *Qvod illustribus tantum videtur Poëtis in temporis hujjus persona hac pro suo jure concessum, ut tyrones id imitari non ausint. Æneid. 3.*

Obſtupui ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.

Georg: 2.

Miſcuerunt herbas, & non innoxia verba.

Tibull. 2. lib.

Nec cithara, intonſæ profueruntq; comæ.

Silius.

Terruerunt pavidos, &c.

Horat.

Di tibi divitias dederunt, &c.

Conſona geminetur) *Qvo ſpectant: Ovid. 10. Metam.*

In qvem recidimus, qvicqvid mortale creamur.

Horat. 1. Sermonis.

Di tibi dent capta claſſem redducere Troja.

Cæſura) *Qvamvis non ignorem veteres cæſuram aliter accepiſſe: nimirum pro certa carminis parte, ex pedibus aliqvot, cum finali dictionis ſyllaba, una, vel duabus conſtante: qvomodo* Penthnmimeris *definitur conſtare ex duobus pedibus cum ſyllaba: qvia tamen illa non magni uſus obſervatio, vulgatam recentiorum doctrinam, qvæ huic rei conveniens eſt, ſeqvi libuit.*

Ex licentia) *His enim de cæſura, qvam*

etiam

etiam sectionem & incisum vocant, praeceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum Poëtarum carminibus, utentur tirones. Quo spectant syncopen vel crasin insuper passa, ut Ovid. 4. Fast.

Nox abiit oriturq; Aurora Palilia poscor.

Juven.

Magnus civis obit & formidatus Othoni.

Virg.

Sceptra Palatini, sedemq; petit Evandri.

Item ultima praeteriti & futuri Subjunctivi in ris, *cum longa ponitur:* {*Ovid. 1. Fast.*

Da mihi te placidum dederis in carmine vires.

Item haec Juven. Sat. 8.

Occulta spolia, & plures de pace triumpos.

Mart. lib. 2.

Et digna speculo fiat imago tua.

Nec non & illa, qvibus vulgò Jambum vel tribachyn infarciri credunt:

Dona dehinc avro gravia, sectoq; elephanto.

Pleiades hyadas, claramque Lycaonis arcton.

Si pereo manibus hominum, periisse juvabit.

Tanta vis) *est enim qvoddam in ipsa*

ſyllabarum dictionis distractione latens tempus: qva cum moratur, ad alias transitum parans, intervallum unum ſpaciumq́ lucratur.

Locum habent) *Cæſurarum enim cum in aliis verſuum generibus, Sapphicis, Aſclepiadeis &c. tum maximè in Heroico & Elegiaco magna eſt, & pene neceſſaria elegantia: adeò ut inepti ſint alias & inſulſi cæſura deſtituti verſus. Ut Horat:*

Præter cætera Romæ mene poemata
cenſes.

Id:

Aurea ſcribis, carmina Juli, maxime vatum.

Lucill.

Has res ad te ſcriptas Luci miſimus Æli.

Ut Cæſura ſaltem una conſtare debeat Heroicus & elegiacus, qvo gratia dignus æſtimetur: vel penthemimeri: *vel etiam* hepthemimeri.

Ultimi verſus) *Cic. in Orat:* nihil intereſt, dactylus ſit extremus, an Creticus: qvia poſtrema ſyllaba brevis an longa ſit, in verſu qvidem refert.

PRO-

PROSODIÆ LATINÆ

LIBER SECUNDUS

De Syllabarum Dimensione.

CAP. I.

Qvid dimensio: & qvid ac qvotuplex pes.

1. *Hactenus igitur actum de syllabarum* qvantitate: *seqvitur de earundem, secundum qvantitatem,* dimensione, *qvæ plurium syllabarum pro ratione qvantitatis suæ dimensarum pronunciatio.*

2. *Estq;* peculiaris: *vel* communis.

3. Peculiaris *est, qvæ* poematis *rectè pronunciandi curam habet: Unde* poetica *vocatur.*

4. Poema *est sermo, cum certo syllabarum numero, certa* pedum *mensura per* versus, *ad* carmen, *adstrictus.*

5. *Cujus idcirco doctrina in tribus hisce consistit definitioni inclusis:* pede, versu, *&* carmine.

6. Pes

6. Pes *est mensura versus, ex certis certa qvantitatis syllabis constructa.*

7. *Estq;* bisyllabus, *aut* trisyllabus: *qvorum* ille *duas: iste* tres *syllabas continet.*

8. *Uterq; autem vel* simplex *est, ex uniusmodi: vel* mixtus, *ex diversimoda qvantitatis syllabis constructus.*

9. Bisyllabi *sunt qvatuor: priores* simplices: *posteriores* mixti: *videlicet.*

Spondeus,	*Pes con-*	*Longis.* - -
Pirrhichius	*stans ex*	*Brevibus.* u u
Trochæus	*syllabis*	*Lõga & brevi.* - u
Jambus	*duabus*	*Brevi & lõga.* u -

10. Trisyllabi *sunt octo: priores duo* simplices: *reliqvi omnes* mixti: *Nimirum hi:*

Molossus		*Longis* - - -
Tribrachys	*Pes*	*Brevibus.* u u u
Dactylus	*con-*	*Longa & duabus brevib.* - u u
Anapæstus	*stans*	*Duab. brevib. & longa.* u u -
Bacchius	*ex syl-*	*Brevi & duab. longis.* u - -
Antibacch.	*labis*	*Duab. longis, & breui* - - u
Creticus	*tri-*	*Longa, brevi, & longa* - u -
Amphibra.	*bus*	*Brevi, longa, & brevi* u - u

NOTÆ

NOTÆ AD CAP. I.

Estq; bisyllabus) *Vulgo etiam addunt pedes tetrasyllabas sedecim: ut in unum collecti viginti octo.*

Qvibus veteres addiderunt Pentasyllabos triginta duos: & hexasyllabos sexaginta qvatuor: qui superioribus additi, faciunt pedes CXXIV. plerosq; tam monstrosis incognitos nominibibus: ut vix tam felici qvem memoria fuisse unqvam putem: qvi omnia comprehendere potuerit. Qvæ pedum multitudo, cum nullum prorsus habeat usum: præterqvam qvod discentibus impedimento & oneri est maximo, recentiores illi pentasyllabos, & hexasyllabos fere absciderunt omnes: cum quibus & tetrasyllabos ego relegandos esse cum Cicerone & Qvintiliano sentio: utpote qvorum usus in bene dimetiendo nec est utilis, nec necessarius. Qvorum tamen, ne forsitan hæsitent tirones, sicubi succurrant, nomina, & descriptiones, subnectemus breviter:

Pro-

Proceleusmaticus		*duob. Pyrrh.* uuu
Diſpondeus		*duob. Spond.* ---
Dijambus		*duob. Jambis* u-u
Ditrochæus		*duob. trochæ.* -u-u
Choriambus		*troch, & jãb.* -uu-
Antiſpaſtus	*Pes*	*Jãbo & troc.* u--u
Jonicus majjor.	*con*	*Spõd. & pyr.* --uu
Jonicus minor.	*ſtã*	*Pyr. & Spõd.* uu--
Pæon primus	*ex*	*Troc. & pyr.* -uuu
Pæon ſecundus,		*Jãbo & pyr.* u-uu
Pæon tertius		*Pyr. & troc.* uu-u
Pæon qvartus		*Pyr. & Jãb.* uuu-
Epitritus I.		*Jãbo & ſpõd.* u---
Epitritus II.		*Troc. & Spõd.* -u--
Epitritus III.		*Spõd. & jãbo* --u-
Epitritus IV.		*Spõd. & troc.* ---u

Pyrrichius) *Alias* Pirijambus.

Trochæus) *hunc Cicero nominat* Choreum: *& tribrachyn idem trochæum vocat. Qvem in hoc ſecutus eſt Qvintilianus: lib. 9. Inſt. orat. c. 4.*

Tribrachys) *vocatur etiam* brachyſyllabus.

Anapeſtus) *Antydactylus*

Rachius) *Hypobachius.*

Anti

Antibachius) *Palimbachius.*
Creticus) *Amphimacrus.*
Amphibrachys) *Scolius.*

CAPUT II.

De versu Jambico.

1. *Tantum de* pedibus: *qvi variè juncti* versum *conficiunt: qvi est legitima pedum aliqvot ejusdem lineæ compositio.*

2. *Cujus hic cum* divisio, *tum* scansio *consideranda.*

3. Dividitur *versus* primum *ex* numero *pedum in*

Dimetrum binarium	qvi constat ex pedibus	Duobus
Trimetrum ternariū		Tribus
Tetrametrū qvater.		qvatuor.
Pentametrū qvinari.		qvinqve
Hexametrū senariū		sex
Heptametrū septen.		septem
Octometrū octonar.		octo: &

sic deinceps, si plures admittat pedes, plures addendo species.

4. *Qvi omnes si inter mensurandum pedes suos præcisè nanciscantur integros, ut nihil supersit,* Acatalecti *vulgò vocantur.*

5. Si

5. *Si vero syllaba una, vel plures, ultra pedis mensuram, sive à principio, sive fine adjecta sint, hos* hypercatalectos, *vel* hypermetros *appellare solent.*

6. *Deinde ex* forma *pedum in* simplicem *&* uniformem : *vel* mixtum *&* multiformem.

7. Simplex, *qvi ex pedibus primariis constat fermè generis unius.*

8. *Et qvidem ex pedibus principaliter, vel* bisyllabis : *vel* trisyllabis.

9. *Versus pedum* bisyllaborum *est* Jambicus : *vel* Trochaicus.

10. Jambicus *est, qvi ex* Jambis *est constructus : iisq; vel* solis : *vel* alternatim *mixtis : ut in locis* paribus*(nimirum secundo qvarto : sexto &c.) sit* Jambus : *in* imparibus *vero admittatur pro Jambo etiam* spondeus, anapæstus : *& qvandoq;* dactylus tribachys *vero omnibus, ultimo excepto locis tolerari qveat.*

11. *Cujjus species in usu apud Latinos freqventiores pro numero pedum reperiuntur sex :*

12. *I. Trimeter hypercatalecticus : qvi vulgò*

vulgò ab auctore Anacreonteus: constans ex tribus pedibus, & syllaba brevi superflua. Ut:

Prudent.

Ades pater supre me
Quemne mo vi dit un qvam, &c.

Buchan. Ps. 131.

Si spi ritu im poten ti
Si lu mine in solen ti.

13. *II. Tetrameter:* Archilochius, *vel* Qvaternarius: *ex pedibus qvatuor. Ut:*

Sedulius.

A So lis or tus car dine &c.

Buchan. Psal. 6.

Ne me meren tem cor ripe.

Horat.

Fortu na non mutat genus.

14. *III. Tetrameter: hypercatalectus* Alcmanius, *vel* Alcaicus, *ex pedibus qvatuor, cum syllaba superflua:*

Horat. lib. 1. Od. 9.

Sylvæ labo rantes gelu qve, &c.

Buchan. Psal. 7.

Sic me ferus discer pet ho stis.

15. *Huc refertur qvi in regione prima*

Jambum, secunda & qvarta Spondeum, in tertia Pyrrhichium habet: cum syllaba post ultimum pedem superflua. Ut:

Meliss.

Amor since rusa mor ve re
Fi des since ra fi des stri cto
Liget vestras ani mas no do.

16. *IV. Pentameter, hypercatalectus:* Hipponacteus: *ex qvinq; pedibus, cum syllaba superflua. Ut:*

Horat.: lib. 1.

Jam te premat noxsa bulæ qve ma nes.

Idem lib. 2. Od. 18.

Voca tus, at qve non voca tus au dit.

17. *V. Hexameter:* Archilochius Senarius; *e sex pedibus:*

Horat. Od. 2. Ep.

Bea tus il le qvi procul nego tiis:
Panidũq; lepo rẽ, & ad venã laqveo
gruem.

Buchan. Psal. 6.

O par ce par ce: lan gvor æ grum
con ficit.

18. *Huc refertur, qvi* Choliambicus *vel* Scazon *vocatur: nihil ab hexametro Jambico differens: præterqvam qvod qvinto lo-*

to loco ferè Jambum, & sexto semper Spondeum recipit:

Catull. epig. 32.

O qvid solu tis est bea tius curis.

Martialis.

Fortu na mul tis dat nimis satis nulli.

VI. Heptameter hypercatalectus Anacreonteus, *ex septem pedibus:*

Catull. Epig. 25.

Remit te pal lium mihi meum qvod in vola sti.

AD CAPUT II.

Versum) à vertendo *dictus: vel qvod ab unius una linea conclusi lectione expedita, cursum vertamus, ad seqvētem reflectentes oculum: vel quod nunc hoc, nunc illo vertatur modo, donec legitimus fiat. Græcis* στίχος *dictus: unde* στιχολογία *ipsa versificandi ratio.*

In Dimetrum) *In horum definitione à vulgata docendi via parumper recessi: ut neglecta tali differentia, Jambici, Trochaici, & Anapæstici, à reliqvis, eodem omnes omnium generum generum versus modo per*

monopodias & singulos pedes, avctoritatem Latinorum secuto metiendos placuerit: ut trimeter sit versus ex tribus constans pedibus: sive Jambici sint, sive Dactylici generis. Qvo facto: tum simul eadem opera ex agro Prosodiaco tædiosas admodum Catalectorum, hypocatalectorum, brachycatalectorum, hypercatalectorũ in syllabam & dissyllabam *qvisqvilias, & ingeniorum cruces, priscis Latinis, & Scaligero lib. 2. de re poët. c. 6. exstirpabimus.*

Versus avtem in usu avctorum monometros cum non invenerim: in divisione etiam illos prætermisi; ut supervacuos: & versus descriptionem suprà positam aversaturos: cum alioquin idem esset pars, & totum. Scal. d. l. 2. c. 8.

Appellare solent) *Reliqvis jam memoratis sex speciebus, ut vagis & inutilibus planè insuper habitis.*

Ex speciebus) *Genera hic carminum qvatuor duntaxat recenseo:* Jambicum, Trochaicum, Anapæsticum, & Dactylicum. *Vulgo qvinq; alia his adnumerant:* Choriambicum, Antipasticum, Jonicum

cum â majore, Jonicum à minore, & Pæonicum: *quæ cum satis commodè, ut patebit in sequentibus, possint adnumerari partim supra positis, partim mixtis: quid opus est, quæso, tirones pluribus onerari vanè constitutis versuum discriminibus? Ad* Pyrrhicchicos, Spondaicos, & Molossicos *quod attinet: cum nullo classici auctoris exemplo firmentur, hos Scaligero relinquimus: lib. 2. c. 7. n.*

Principaliter) *Quamvis enim alii pedes in hujjusmodi metra variè incurrant: ad complementum tamen illi quasi subsidiarii, non per se metrum constituentes accedunt.*

In Christianorum poëtarum Prudentii, Sedulii, Fortunati, Ambrosii, Melanchthonis, *&c. hymnis sacris ponitur quandoq; loco secundo spondeus: quod ipsorum auctoritati relinquendum tiro censeat: nec quid contra Poëtarum veterum usu hic attentet: Gocl. part. 2. lib. 3. c. 25.*

Vel solis) *Quem purum vocant & integrum: sed qui raro apud veteres succurrit: cum,* tardior ut pullo graviorq; veniret ad aures, *alios eis intermiscere magis placeret.*

 Sit

Sit Jambus) *Apud Catullum etiam* Anapæstus *occurrit: quod tamen, admodum est rarum.*

Ultimo accepto) *Qvi semper debet esse* Jambus. *Dissentit Scal. 2. de re Poët. c. 34.*

Cujjus species) *In speciebus pro numero pedum distingvendis per omnia versuum genera multi sunt admodum Grammatici: sed qvarum partem minimam bonorum avctorum exemplis illustrant. Et qvamvis singulorum generum varias species dari posse non diffitear: nec fingendi pro arbitratu in qvovis genere novas licentiam, qvam hodiè majorum gentium Poëtæ sibi sumunt liberè, cuiqvam velim ademtam: tamen ne res in infinitum vagaretur, in distingvendis generum singulorum speciebus intra exempla Poëtarum Latini orbis classicorum,* Horatii, Catulli, Boëtii, *& ex nostri seculi Poëtis,* Buchanani *super paraphrasin psalmorum, sic me continui: ut tot ubiq; constituerim species: qvot ex horum exemplis à Grammaticis demonstratas invenire potui. Qvibus si studiosi plures, si qvas vel*

in ve-

in veteribus, vel recentioribus invenerint, hic non observatas, addent: rem metricam amplificare pro virili cupient. Qvod autem tironibus tutius sit exemplis classicorum insistere: scitè probat. Attilii, & Donationi *auctoritate Fabric. l. 7. c. 11. de re Poët.*

Reperiuntur) *Vulgò viginti recensentur. Ex qvibus senarii, & qvos Comici adjiciunt, octonarii maximè sunt Comœdiis & Tragœdiis apti: & invectivis atq; conviciis à reliqvis Poëtis accommodati.*

Tetrameter) *Ad qvem refertur versus, qvi secundo loco Anapæstum: tertio & qvarto solos admittit Jambos. Cujiusmodi est hic Melissi:*

Virens Libani velut cedrus
Cacu minc læ ta frun deo
Peren ne comis reger minat.

Ferè Jambum) *Pro qvo Boëtius aliqvando* Spondeum *posuit: qvod valde displicet lib. 2. c. 9. & 34. de re poët. Scaligero: qvi nullum carminis genus Scazonte putat facilius, & expeditius: cujus ipse dederit ultra tria millia.*

CAPUT III.

De verſu Trochaico.

1. Trochaicus *eſt, qvi ex* Trochæis *conſtat: vel* ſolis, *vel ſic* alternatim *mixtis: ut in locis* imparibus *primo, tertio, qvinto, &c. & ultimo ſolus* Trochæus, *vel etiam* Tribrachys *in mediis: in* paribus *vero ultra dictos &* Spondeus, Dactylus, & anapæſtus *locum habeant.*

2. *Cujjus uſitatiores ſpecies ſunt ſex:*

3. *I. Trimeter hypercatalectus:* Euripideus Hipponacteus, Glyconius.

Horat. lib. 2. Od. 18.

Trudi tur di es di e.

Buchan. pſ. 100.

Ille noſter eſt De us.

Prudent.

Marty rum vo cabu la.

4. *II. Tetrameter* Alcmanius.

Prudent. in hym.

Veri tas cri men pu tatur.

Buch. Pſal. 105.

Canite dominum & invo cate
Nomen ejjus numen ejjus.

5. *III. Tetrameter hypercatalectus:* Bachylideus, Meliſ-

Melissus.

Qvid mo raris aitra vati bus
Digna sunt & astris dignus est
Cœtus incly torum pecto rum.

6. *IV. Heptameter hypercatalectus.* Archilochius.

Ausonius.

Dico tunc vi tam be atam fata
cum per acta sunt.

Catullus.

Vere concor dant a mores verè
nubent ali tes.

Buch. Psal. 119.

O be atos qvi se qvuntur orbi tam
le gis De i,
O be atos qvi mo venti sponte pa-
rent numi ni.

NOTÆ AD CAPUT III.

Et Anapæstus) *Qvibus addunt vulgo* proceleusmaticum: *cujjus exemplum nondum vidi apud classicos. Excipiunt vero rectè Jambum: qvi ut in Trochaico locum non reperit: sic neq; contra trochæus in Jambico.*

Usitatiores) *Vulgo n. undeviginti recensentur.*

De versu Anapæstico.

1. *Hactenus de versibus* simplicibus *ex* bisyllabis *pedibus compositis: seqvuntur qvi ex* trisyllabis *sunt conflati. Qvi sunt:* Anapæstici & Dactylici.

2. Anapæsticus *versus est, qvi ex anapæsto principaliter constat: ut tamen illius vicem qvibuslibet in locis qvandoq́* spondeus: *&* dactylus *obeant.*

3. *Cujus in usu receptæ sunt species tres:*

I. Trimeter.

Melissus.

Agitur benè cum sociis
Ubi mens sine frau de patet.

4. *II. Trimeter hypercatalectus: Paroemiacus.*

Boëtius:

Felix nimium prior æ tas.

Prudent. in hym.

Deus i gnee fons anima rum
Duo qvi socians elemen ta.

Buch. Psal. 60.

Tremefa cta repen te faces set.
Ut ce raliqve scit abi gni

Qvi

Qvi cel ſi e ver ticemun di
Arabum per inho ſpita ſa- xa.
ſ. III. *Tetrameter*: Pindaricus, Ariſtophanicus.

Senec. in Oed.

Qvicqvid patimur morta le genus
Qvicqvid facimus venit ex alio.

Buchan. Pſ. 113.

Pſallite Dominum pueri Domini
Nomen feſto tollite cantu,
Qvi gen tes ſuper arduus omnes:
Inopem terræ qvi pro ſtratum.

AD CAPUT IV.

Anapæſticus) *Qvod genus Tragicis ... m lugubrem tractantibus eſt familiare: qvo in choris ſæpe utuntur. In qvo genere verſuum cæſuræ, qvæ alias præcipuum verſus ornamentum, nulla ferè ratio habetur: adeo ut optimos putent hosce verſus: ſi pedes ſinguli conſtent è verbis ſingulis. Ut:*

Seneca.

Tertia miſit buccina ſignum.

Idem.

Nondum feræ nuncius horæ.

Idem.

Idem.

Curvo brevis limite currens.

Spondeus & Dactylus obeant) *Unde sæpe in Anapæstico carmine versus nullo constantes anapæsto occurrunt: ut ex positis videre licet exemplis. Ita tamen ut Spondeo Dactylus eleganter præmittatur: & in ultima sede dactylo locus sit nullus.*

Cujus in usu) *Nam vulgo novendecim Grammatici recensent.*

CAPUT V.

De Dactylico.

1. Dactylicus *est, qui ex dactylo componitur: in cujus tamen ferè quemlibet locum* Spondeus *succedit: Cujus species frequentiores sunt sex:*

2. *I. Dimeter, ex Dactylo & Spondeo: qui* Adonius *dicitur, vel* pentasyllabus, *in Sapphico carmine cuiq; tertio versui subjunctus.*

Horat. lib. 2. Od. 10.

Tendit A pollo.
Turgida vela.

3. *II. Dimeter hypercatalectus,* Archilo-

chilochius; *ex duobus dactylis, & syllaba superflua.*

Horat. lib. 4. Od. 7.

-Pulvis & umbra su mus.
-Flumina prætere unt.

Buchan. Ps. 138.

-Dasani motrepi do
-Te duce tutus e ro.

4. *III. Trimeter: & hic duplex: primus* Pherecratius heptasyllabus, *constans e spondeo, dactylo, & spondeo.*

Horat. od. 5. lib. 1.

Nigris æqvora ventis

Buchan. Psal. 9.

Te lau dabo su premi &c.

Huic non absimilis est Boetianus *ille, præterqvam qvod habet in prima Anapæstum. Ut: Boët. lib. 3.*

Id. lib. 4.

Simili surgit ab ortu:
Solii culmine reges.

6. *Secundus* Glyconius *e Spondeo & dactylis duobus.*

Horat. lib. 1. od. 3.

Nil mor talibus arduum est,

Buchan.

Nunqvam destitu astuos
Mortis faucibus eripe.

7. *IV. Trimeter hypercatalectus : qui duplex : unus* Hipponacteus, *vel* Alcmanius, *constans e tribus heroici versus pedibus initialibus, cum syllaba residua.*

Boët. lib. 3.

Omne homi num genus inter ris
Hic clau sit mem bris animas.

Prudent.

Qvid gene rosa po test ani ma
Solvere dignius obseqvi um.

8. *Alter constans e tribus finalibus heroici versus pedibus, cum qvarti antecedentis parte dimidia : qui est vel ex dactylo pyrrhichius : vel ex spondeo syllaba longa.*

Prudent.

Jam mœsta qvi esce qverela
Lacrymas sus pendite matres
Homi nis tibi membra se qvestra.

9. *V. Tetrameter* Alcmanius; *e qvatuor finalibus heroici pedibus.*

Horat. lib. 1. od. 7.

Sic tri stes ad fatus a micos
Ibimus o soci i comi tesqve.

Buchan. Psal. 4.

Tandem credite vera mo nenti
Et vici is ab sistite pravis.

10. *Est & qvidam tetrameter, qvi in Jambum exit: in reliqvis priori similis:* Ithyphallicus.

Boët. lib. 3. car. 1.

Qvi sere re ingenu um volet agrum
Liberet arva pri us fruti cibus.

11. *Qvo spectat* Adonius *geminatus, qvem usurpavit Capel. lib. 2.*

Virgo pe ritæ prævia sortis
Qvæ potis isti scandere cœlum.

12. *VI. Hexameter :* Heroicus, *vel* Epicus, *qvi in qvinta regione solũ dactylũ, in sexta solum spondeum recipit: in reliqvis alterutrum promiscuè.*

Mantuanus.

Qvi satur est ple no lau dat je junia ventre
Et qvem nulla pre mit sitis est siti- entibus asper.

13. *Pro dactylo tamen in qvinta regione ponitur interdum, vel propter rei gravitatem, notivitatem, vel adfectuum vehementiam exprimendam* Spondeus, *dactylo ple-*

lo plerunq; in qvarta regione præmisso: unde versus hujjusmodi Spondaici *solent appellari.*

Virg. Ecl. 4.

Cara Deum sobo les ma gnum Jovis incre-
mentum.

Æneid. 2.

Constitit atq; ocu lis Phrygia agmina cir-
cumspexit.

AD CAPUT V.

Species sex) *Vulgo viginti, & una species proponuntur: sub dactylo* communi *qvatuordecim:* Æolico *qvinqve:* Logaœdico *duæ.*

Versui subjunctus) *Exstant tamen etiam carmina passim ex solis Adoniis conflata. Ut Boët. lib. 1.*

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere possunt
Sidera lumen, &c.

Pherecratius) *Qvi tamen in prima sede qvandoq; etiam trocheum admittit.*

Glyconius) *Qvi & ipse in prima sede sæpè trochæũ admittit. Ut Horat. lib. 1. od. 15.*

Ignis Ili cas domos.

Qvod

Qvod sequitur Buchananus frequenter, ut in psalmo 116.

Uni cè & Domi num colam.

Ib.

Mortis & lacry mas genis &c.

Et Boët. l. 4. con. Phil. Aliqvando etiam pyrrhichium *vel* Jambum. *Qvod probat Catull. Ep. 26. Et sequitur Marullus:*

Jane vatis a mor tui. Ib.

Pige bat dare strenuo.

Item Buchan. in Jambo, dicto psalmo 116.

Tot au- ctus toti es bonis.

Hexameter) *Clauditur hic versus eleganter dictione dissyllaba: vel trisyllaba: minus concinnè monosyllaba, nisi alia praecedat. In qvo res velociores dactylis, graviores spondeis continuis describuntur.*

CAPUT VI.

De Trochaicè mixtis.

1. *Huc usque de* simplici *versu: sequitur* mixtus, *qvi est ex diversis simplicium generibus compilatus.*

2. *Qvi ab illo ferè genere denominationem recipit: à qvo plures, vel in fine pedes acceptos habet.*

3. *Qvi si utrinq; pares sint: prævalen* *trisyllabici, tamqvam digniores.*

4. *Est vel ex* certis constanter *mixtus* *vel ex* variis inconstanter.

5. Constanter *mixtus est duplex: ex* bisyllabicis Trochaicus: *ex* trisyllabicis Dactylicus: *sic uterq; appellatus; quod pedum sui generis vel numero, vel dignitate reliqvos admixtos superet: in illo* Trocheus: *in hoc* Dactylus, *& qvi illius vice qvandoq; fungitur,* Spondeus.

6. *Versuum autem* mixtim Trochaicorum *in usu freqventiores species sunt qvatuor:*

7. *I. Trimeter* Aristophanius Choriambicus, *constans e* dactylo, *& duobus* trocheis.

Horat. lib. 1. Od. 8.

Lydia dic per omnes &c.
Cur neq; mili taris &c.

Meliss.

Non hume ros nec artus.

8. *II. Tetrameter* Anaclomenus, *constans ex* pyrrhichio, *& tribus trocheis:*

Boët

Boët. lib. 3.

Habet hoc o mnis vo luptas
Stimu lis a agit-fru entes.

9. *III. Pentameter duplex. Primus* Phalæcius, *vel* hendecasyllabus: *qvi primo loco freqventer* Spondeum, *secundo semper* dactylum: *reliqvis* trochæos *recipit.*

Mart. lib. 10. Ep. 47.

Vitam qvæ faci unt be ati orem
Jucun dissime Marti alis hæc sunt.

10. *Secundus* Sapphicus: *qvi secundo loco* spondeum, *tertio* dactylum, *reliqvis* trochæos *admittit.*

Horat. 2. Od. 10.

Sperat infe stis metu it se cundis
Alte ram sortem bene præpa ratum.

11. *IV. Hexameter duplex.* Primus Alcaicus, Choriambicus: *constans e trocheo, molosso, Anapæsto, dactylo, & trochæis duobus:*

Horat. lib. 1. Od. 8.

Cur ti met flavum Tyberim tangere
cur o livum
Cavti us vitat neq; jam livida
gestat armis.

Atne get præpar cus opem præſidiumq́ demat.

12. Secundus Ariſtophanius, *conſtans in prima & quarta ſede dactylo, in ſecunda ſpondeô, tertia Anapæſto, reliqvis trocheis.*

Auſonius.

Nolo mi nor me metuat diſpici atqve major

Tu benè ſi qvid facias non meminisſe fas eſt.

NOTÆ AD CAP. VI.

Mixtus) *Qvi vulgo alia ratione in* acatalectum, procatalectum, epicatalectum, *&c. dividitur: qvarum qvis ſit hic uſus ſpinarum, dimenſione verſuum perſpicuè præſcripta, nullus profectò video. Numerātur hic à Grammaticis ſpecies triginta qvatuor: e qvibus itérum hic ſelegi, qvotqvot bonorum Poëtarum exemplis confirmata reperire potui.*

Hendecaſyllabus) *à numero undecim ſyllabarum, è qvibus conſtat; dictus: quo plurimum utuntur ſcribentes epigrammata.*

Freqven-

Freqventer spondeum) *Pro qvo Catullus sæpe* trocheum, *qvandoq; &* Dactylum, *vel* Jambum *posuit. Qvod lib. 2. ad Severum Martialis est imitatus.*

Semper Dactylum) *Catullus tamen etiam* Spondeum, *post qvem freqventer cæsura* semiqvinaria: *qvandoq; tamen omissa dactylo plerunq; dictionem terminante.*

Mart.

Terrarum Dea gentiumqꝫ Roma:
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Sapphicus) *Qvi & ipse ob eandem causam cum priori qvandoqve dicitur hendecasyllabus.*

Secundò loco Spondeum) *Pro qvo Catullus interdum* trocheum *habet. Post qvem pedem secundum cæsura itidem seqvinaria ferè locum habet, seqventi dactylo initium ponens. Qvamvis idem Catullus hoc qvoq; neglexerit.*

Reliqvis) *Apud Senecam in prima sede reperitur qvandoq;* anapæstus: *secunda Jambus: alibi etiam in secunda anapæstus.*

De dactylice mixtis.

1. *Versuum* dactylice mixtorum *species frequentiores sunt quatuor.*

2. *I. Tetrameter, qui modorum quinq.*

Primus: Aclepiadeus, Choriambicus, *constans ex Molosso, anapæsto, & duobus dactylis.*

Horat. od. 1. lib. 1.

Mecænas atavis edite regibus
O & præ sidium & dulce de cus meũ.

Buch. Psal. 29.

Princeps stel liferis altior orbibus
Avdi vo ta parens qvæ tibi profero.

3. Secundus Alcaicus *hendecasyllabus, constans e spondeo vel Jambo, Bachio, & duobus dactylis.*

Horat. lib. 1. od. 9.

Vides ut alta stet nive candidum
So ra cte nec jam sustine ant onus.

Buchan. Psal. 26.

Me vi tyrannus perseqvi tur palam
Me clam maligna fravde ca lumnia.
Ego in stitutum carpere tramitem.

4. Tertius Alcmanius: *e duobus dactylis, & duobus trochæis.* *Horat.*

Horat.

Sperne pu er nec   tu cho reas.

Buch. Psal. 7.

Fulciani mos refo vec justos.

5. Qvartus Boëtianus *ex Cretico vel amphibrachy spondeo, dactylo, spondeo.*

Boët. lib. 4. de cons. carm. 5.

Siqvis Ar cturi sidera nescit
Propinqva summo cardine labi.

6. Qvintus *ex Trocheo, spondeo, dactylo, & spondeo.*

Melissus.

Poste rino vistis e burve
Musa dona bit memor ævum.

7. *II. Pentameter triplex:* primus Elegiacus *habens in prima & secunda regione dactylum vel spondeum: in tertia solum spondeum: in reliqvis duos anapæstos. Qvod metrum raro ponitur continue solum: plerunque autem heroico alternatim legitur conjunctum. Ut:*

Ovid. 4. Pont.

Et subit to ca su qvæ valve reruunt.

Tibull.

Qvam cito non se gnis stat remeat
qve dies.

Per te im matu rum mor tis adi mus iter.

8. Secundus Choriambicus Alcmanius, *habens in qvarta regione pyrrhichium: in qvinta spondeum: reliqvis priori similis.*

Boët. lib. consf.

Hev qvam præcipit timer sa profundo.
Tendit in exter nas i rete nebras.

9. Tertius Sapphicus: *constans ex anapæsto, trochæo, Jambo, & dactylo cum spondeo.*

Horat. lib. 3. od. 12.

Misera rum est ne qveamo ri dare ludum
Eqves i pso me lior Bellerophonte

10. *III. Hexameter qvinctuplex.* Primus Alcmanius, *habens primo & qvarto loco anapæstum: secundo & qvincto dactylum: tertio & sexto spondeum.*

Horat. lib. 3. od. 12.

Simul un ctas Tibe rinis humeros lavit in undis

Celer

Celer ar ctolati tantem frutice to
excipe re aprum.

Mart. Cap. lib. 4.

Veneran dos mihi fatus reveren-
dosq; se cuta.

11. Secundus Priapejus, *habens in prima & quarta sede trochæum, in tertia Creticum, in reliqvis dactylum, cum finali spondeo.*

Catull. Epi. 17.

O co lonia qvem cupis ponte læ-
dere longo
Ne su pinus e atcava' qveinpa lu-
-lude re cumbat
Ire præcipi tem in lutum per ca-
putq; pe desq;.

12. Tertius Alcaicus *primo ferè Alcmanio similis: habens primo & tertio loco spondeum, quarto anapæstum, reliqvis dactylos.*

Hor. lib. 1. od. 11.

Spem lon gam rese ces dum lo-
qvimur diffugit invida
Ætas: carpe di em qvam mini-
mum credula postero.

Buchan. Psal. 16.

Qvite respicit unum famulum in
stantibus eripe,
Omni ex parte be ato of ficiis nil
opus est meis.

13. Qvartus *hypercatalectus* Archilochius, *constans ex tetrametro jambico: subjectis duobus dactylis cum syllaba redundante.*

Horat. Epod. od. 13.

Nives qvè de ducunt Jovem nunc
silu æ
Leva redi rispe ctora solliciti-
tudini bus.

14. Qvinctus *Trochaeodactylus, qui secundo & qvinto loco dactylum, tertio Creticum, reliqvis trochaeos, vel etiam spondeos habet.*

Catul. epig. 18.

In sul sissimus est homo nec sa-
pit pue riinstar.
Bimu li tremu la patris dormi-
entis in ulna
Tantum dem omnia sentiens qvam
si nulla sit usqvam.

15. IV. *Heptameter* Archilochius:
constans

constans e quatuor primis pedibus heroicis, dummodo quartus sit dactylus: reliquis tribus trochæis.

Horat. lib. 1. od. 4.

Pallida mors æ qvo pul sat pede
pavpe rum ta bernas
Vitæ summa bre vis spem nos vetat
inco hare longam.

Prudent.

Est decus egregi um dis crimine
sangui nis pe tendum.

AD CAP. VII.

Primus Asclepiadeus) *Hujus principium vulgo mensuratur per spondeum, dactylum, & syllabam remanentem: Verum qvia sic metrum ex dimidio pede redditur hiulcum commodior hæc ratio præscripta videtur: & illi longè, qvod per tres quadrisyllabos dimensionem effinxit difficillimam, præferenda: quam etiam Thalæus in Rhetoricis secutus est lib. 1. c. 16. In qva frequentius & eleganter anapæstus dictionem finit. Cæterum pro molosso antibachium posuit Horat. lib. 1. od. 3.*

Perru-

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Conſtans e ſpondeo) *Qvandoq; etiam trochæo: ut vult Delrio in præf. ad Senec.*

Solum ſpondeum) *Qvi ex præcedentis dictionis fine conſtare freqventisſimè debet: ita ut eliſionem difficulter & non ſine avrium tædio admittat: & monoſyllabam vocem neq; hic, neq; in fine libenter ferat: niſi alia antecedat: avt per colliſionem cum priore coaleſcat. Ut Ovid.*

Præmia ſi ſtudio conſeqvar iſta ſat eſt.

Clavditur elegantisſime disſyllaba; rarò tetra vel pentaſyllaba: raries & duriuſculè triſyllaba: nullibi tamen viciosè.

Alternatim conjunctum) *Et tunc dicitur* Elegia, *vel carmen elegiacum ab* ἔλεγος, *qvod luctum ſignificat dictum: rebus olim triſtibus aptum: poſtea tamen ad alias extenſum: Avſonius tamen & Capella ſeorſim verſu continuo cármina integra abſolverunt. In qva heroici cum pentametro conjunctione ſervandum: ut diſtichon qvodvis ſententiam abſolvat integram: vel ſaltem integrum ſententiæ membrum, poſteriore uno, atq; altero ſupplendum.*

CAP.

De versibus indistinctè mixtis.

1. *Versus* constanter *mixti sic habent:* inconstanter *mixtus polyschematistos est, qui ex multis varii generis pedibus, sine accurato regionum diversarum discrimine sic est compilatus: ut, ad quod rectè possit referri genus, perspici neqveat.*

2. *Et hic vel* Catullianus *est: vel* Dramaticus.

3. Catulliani *exemplum est epigramma de Berecynthia & Aty conscriptum: hexametrum qvidem illud: sed in pedibus per singulas regiones in singulis versibus tam mirificè varium: ut vix in ulla sibi constare, præterqvam in ultima, quæ plerunq; tribrachyn, raro dactylum recipit, videatur.*

4. In primam enim & tertiam regionem qvinq; , in secundam qvatuor, in qvartam & qvintam sex diversos pedes sine peculiari, ut videtur, observatione recipit: ut singulos examinanti versus manifestum fiet.

5. *Cujjus alia apud veteres vix occurrunt exempla: inter recentiores autem, simile*

mile qvid attentasse Melissus, Scaliger, *& alii sunt qvibusdam visi: qvod in illorum lectione advertendum erit.*

6. Dramaticus *est, qvi coram populo proponitur in theatro per histrionicos actus recitandus.*

7. Et hic vel Tragicus, *à Tragicis scriptoribus: vel* Comicus, *à Comicis receptus.*

8. In Tragicis, *licentia componendi pedes parlo strictior est: qvi ferè semper Græcorum secuti leges (choris exceptis, qvi minori numero constant) intra senarios se continent, ex Jambico versuum, vel trochaico genere constantes, ita tamen ut præter proprios pedes Jambum & Trochæum qvibusvis in locis spondeum, tribrachyn, anapæstum, vel dactylum adhibeant: ultimo loco excepto, qui in Jambico versu Jambus est: in trochaico trochæus.*

9. In Comicis *vero laxa admodum; & planè inconstans: qvi ad octonarios usq; & ultra progressi, ut sermonem magis popularem faciant, supra jam dictos pedes qvoslibet alios sine discrimine locorum comminiscuntur: ultimo excepto; qvi si Jambus sit, de re-*

de reliqvis ferè cura nulla videtur ab av-ctoribus fuisse suscepta: ut in Plavti & Terentii comœdiis videre est.

10. *Qvi pro personarum, loci, & temporis conditione sæpissimè in una & eadem scena Jambicos trochaicis, octonarios senariis indistinctè permiscent: ut scansionis certa non possit ratio proponi.*

11. Atq; ideo certam pedum construendorum in hisce vel inqvirere, vel inqvisitam aliis præscribere, maximè apud Latinos Comicos legem velle, utilitatis qvidem parum, laboris vero plurimum secum trahit: neq; tamen certi qvid constitui qviverit: cum varietas, & nimis in singulis ferè scenis pedum dissoluta licentia convincat: avctores hosce non tam qvantitatem: qvam popularis & sonoræ orationis liberum per omnes generis pedes decursum secutos fuisse.

12. *Id qvod de* Mimis *etiam* Publianis, *& ejjus generis similibus, ob pressam cum volubili qvadam dimensione brevitatem, celebratis sententiis sentiendum.*

13. *Cæterum ad utramq; carminis* Dramati-

matici *speciem versu referri potest* Rythmicus, *qvi certum qvidem continet syllabarum numerum, sed nullis ferè qvantitatis regulis adstrictum, certa duntaxat clausula sic terminatum: ut finales syllabæ, una vel plures cum præcedente qvadam clausula, soni similitudine coincidant.*

14. *Qvæ clausula vel in* eodem *spectatur versu, prioris scilicet hemistichii & posterioris exitu: Cujusmodi inter Latinos vulgo qvidam circumferuntur qvos* Leoninos *vocant, in hexametris & Pentametris dactylicis: ut:*

Tempore felici multi numerantur amici;
 Si fortuna perit, nullus amicus erit.
Omnia sunt mũdi, qvasi bulla caduca rotũdi:
 In campis ut flos: sic perit omnis honos.

15. *Vel in* seqventis & præcedentis *versiculi* fine: *sive is* proximè *præcedat: sive* alternatim, *interjecto uno, vel pluribus.*

16. *Unde* Rythmi *hujus generis vel* continui *sunt, ut:*

O lux beata Trinitas
Et principalis unitas;

Jam

Jam sol recedit igneus
Infunde lumen cordibus.

Vel Alternati*ut:*

Qvi fruges excantas- sit
Aut alio rapit:
Hunc capite damnas- sit
In jure qvi sapit.

17. Verum hujjusmodi versuum genera apud Latinos vetustæ qvidem auctoritatis ferè nulla: recentioris autem non admodum multa reperiuntur.

18. Qvamvis vernaculis modernarum gentium lingvis illorum magnus, jucundus, & freqventissimus sit absq; tamen curâ qvantitatis, usus.

19. Germanici Rhythmi *freqventissimè sunt* tetrametri, *ut è qvatuor dissyllabicis constent pedibus: interdum tamen etiam plurium vel pauciorum pedum pro arbitrio scribentium.*

AD CAP. IIX.

Ferè nulla) *Qvæ enim apud classicos vetustiores occurrunt sine adfectatione ipsis non sentientibus exciderunt.*

K *Ut Virg.*

Ut Virg.

I nunc, & verbis virtutem illude superbis.

Ovid. diversis locis:

Vir precor uxori, frater succurre sorori.
Nec nisi finita, per plurima vulnera vita.
Si Trojæ fatis aliquid restare putatis.
Ipse ego librorum video delicta meorum.
Qvot cœlũ stellas, tot habet tua Roma puellas
Qværebant flavos per nemus omne favos.
Si mihi qvid prodest, hoc tibi lector obest.

CAPUT. IX.

De Scansione.

1. *Tantum de versuum diversis in divi*sione *speciebus:*

Scansio *est syllabarum versus ad pedes reqvisitos, ut illarum & horum justus sit numerus, dimensio.*

2. *Qvæ* simplex *ut plurimum est: interdum tamen etiam* figurata: *utraq; per* monopodiam *semper in omnibus versuum generibus instituenda.*

3. Simplex *qvæ singulis ordine syllabis neq; auctis neq; diminutis suum in pedibus adsignandis locum attribuit. Ut:*

Arma vi rumq; ca no Tro jæ qvi primus ab oris.

4. Fi-

4. Figurata *vero, qvæ syllabarum numerum, ut pedes qvilibet suo sint justi loco, per figuras qvasdam, vel propter inopiam* auget: *vel propter abundantiam* deminuit.

5. *Qvæ mutatio vel in syllabam* finalem *incidit vel* intermediam.

6. *Qvarum illa necessitatis est: hæc vero in arbitrio Poëtæ posita: ut illam, si casus inferat, ferè nunqvam in scandendo negligere: hanc vero regulariter prætermittere qveat.*

7. Finalem *abscindunt:* Synalœphe & Ecthlipsis.

8. Synalœphe *collisio est, cum in scansione syllaba finalis in vocalem desinens à seqventis dictionis initiali vocali excepta qvasi absorbetur: Ut Æn. 2.*

Conticuer' omnes intenti qv' ora tenebant.

9. Ecthlipsis *elisio est, cum litera m finalis una cum præcedente vocali absorpta in seqventis dictionis initialem vocalem transfunditur. Ut: Pers. Sat. 1.*

O curas hominum: ô qvantum est in rebus inane.

Qui versus propter Ecthlipsin *in scandendo sic mensuratur.*

O curas homi n' ô qvan t' est in rebus in ane.

10. *Idq; valet utrobiq; pariter etiam in diphthongis.*

11. *Et qvidem hoc qvoq; casu, qvando h litera initialis seqventis dictionis vocali est præposita. Ut Æn.*

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum est.
Troja nefas commune sepulcrum Europæ Asiæq;

Hi enim hanc scansionis rationem habent.

Monstr' or rend' in form' in gens cuj lumen a demt' est.
Troja ne fas com mune se pulcr' Eu rop' Asiæ qve

12. Excipiuntur.

Hæ interjectiones: o, ah, vah, væ, proh io, hev, hej, huj, *& pronomen contractum* cuj: *qvæ ante seqventem ferè manent integræ vocalem.*

Ut: Virg. Æn. 10.

O pater ô hominum divumqve æterna potestas.
Et bis io Arethusa & io Arethusa vocavi

13. *Dein*

13. *Deinde Græcismus ille per qvem ex Poëtica licentia finalis vel vocalis, vel diphthongus ante initialem seqventem & manet integra, & pro arbitrio scribentis ancipitem qvantitatem sortitur: ut supra in qvantitate vocalis ante vocalem dictum. Quod Græci* χιασμὸν *vocant. Ut: Æn. 5.*

Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.
Glavco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.

Æn. 1.

Posthabita coluisse Samo: hic illius arma &c.

Rarius hoc contingit: si finalis sit vocalis brevis:

Ibid.

Et vera incessu patuit Dea: ille ubi matrem.

Id.

Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra.

14. *Cæterum utraq; hæc elisio vel collisio alioqvin & crebro in eodem non debet versu poni: & tam in principio, qvam fine versus, qvantum potest, qvod auribus ingrata, vitari. Quod ex his Catulli:*

Troja virum & virtutum omniũ acerba cinis.
Qvam modo, qvi me unum atq; unicum amicum habuit.

Nam ut ferula cædas meritum majjora subire
Loripedem rectus derideat Æthiopem albus

Nisi decori caussa subsiet. Ut in hoc Virgil.

Monstrum horrendum informe ingens cui lumen, &c.

15. Intermediam *syllabam, dimetientes versum, mutamus per* Synæresin, & diæresin.

16. Synæresis *est, cum duæ vocales dissyllabæ in versu mensurando contrahuntur in unam syllabam, & eam qvidem semper longam.*

17. *Quòd fit priore vocali vel ante aliam longam* suppressa: *vel* in consonantem *ante aliam brevem* transmutata.

18. Prioris *modi exempla sunt:*

Hor. lib. 2. ep. ult.

Vehemens & liqvidus puroqve simillimus amni.

Georg. 4.

Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

Æn. 12.

Uno eodemq; tulit partu paribusq; revinxit.

Æn. 1.

Atria dependent lychni laqvearibus aureis.

Id.

Bis patriæ cecidere manus, qvin protinuus omnia,
Perlegerent oculis.
Mart. lib. 9.
Denariis tribus invitas: & mane togatum.
Æn. 3.
Littora Achæmenides comes infelicis Ulyssei.
Ovid. Met. 3.
Nec qvo Centimanum dejecerit igne Typhoëa.

In qvibus omnibus scandendo pronunciandum: vemens, alvaria, odemq́; auris, omna, denaris, Ulysſi, Typhoa.

19. *Ad qvam figuram referuntur:* di, hic, di, dis, idem, isdem: *pro,* cui, huic, dii, diis, iidem, iisdem. *Item:* dinde, dinc, dinceps, usqvadeo, anthac, dorſum, ſorſum, antambulo, deſt, derat, desſe, antit, prenſo, prendo, *&c.* *pro,* deinde, dehinc, deinceps, usqvadeo, antehac, deorſum, ſeorſum, anteambulo, deeſt, deerat, deeſſe, anteit, prehendo, prehenſo.

Et qvæ cum ſemi *componuntur. Ut*

Semanimis, semominis: *pro* semianimis, semihominis.

Deniq; genitivi in ii ad unicum i contracti. Ut Ecl. 3.

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

Georg. 4.

Parthenope studiis florentem ignobilis oci: *pro* tugurii, ocii.

20. Posterioris *sunt: cum in concursu syllabarum brevium unius dictionis saltem trium, i vel u vocales, ante aliam vocalem in consonantes j & v mutantur: ut syllabam præcedentem positione longam reddant. Ut:*

Æn. 12.

Mœnia qviq; imos pulsabant ariete muros.

Ibid. 9.

Abietibus juvenes patriis, & montibus æquos.

Lucr. lib. 2.

Propterea qvia corpus aqvæ naturaq; tenuis.

Ibid. 1.

Hærent parietibus scalæ postesq; sub ipsos.

Georg. 1.

Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.

Æn. 5.

Genua labant, vaster qvatit æger anhelitus artus.

Ubi

Ubi inter ſcandendum i & u in j & v mutatũ legi neceſſe eſt: arjete, abjetibus, tenvis, parjetibus, tenvia, genva &c.

21. Diæreſis *vel* Dialyſis *cum una ſyllaba longa diſſolvitur in duas: qvod fit vel* diphthongo *in vocales ſimplices reſoluta: vel* conſona *in vocalem permutata. Ut: Mart. lib. 8.*

Hëu qvam benè nunc Papyriane:

pro heu *monoſyllaba.*

Virg. de Liv.

Non lux non cibus eſt ſuavis:

pro ſvavis, *diſſyllaba.*

Ovid. ad Liv.

Mutua nec certo perſoluenda die.

pro perſolvenda.

Catull.

Condita qvin vere pectoris evoluam:

pro, evolvam.

Hor. Epod. od. 13.

Niveſq; deducunt Jovem: nunc mare, nnnc ſiluæ:

pro ſilvæ.

Sic jam *teſte Scauro in Pſeudolo Plauti in* iam *diſſyllabum reſolvitur.*

Qvasi absorbet) *Qvod non in eodem tantum: sed qvandoq; etiam in diversis contingit versibus, nimirum his, qvi solent* hypermetri *vocari: qvando, ultra legitimam reliqvorum versuum ejusdem carminis mensuram, syllaba in vocalem desinens superest, per Synalœphen à seqventis versus vocali initiali excipienda. Qvod cum in aliis: tum maxime in heroico locum habet. Ut:*

Georg. 3.

Et spumas miscent argenti vivaq; sulfura
Ideasq; pices - - -

Georg. 2.

Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida:
Et steriles platani. - - -

Æneid. 1.

Jactemur doceas: ignari hominumq; locorumq;
Erramus. - -

Qvæ sic scandendo connectenda:

sulfu- r' ideas.
Horri- d' & steriles: locorum- qv' Erramus.

Ecthlipsis) *Hæc similiter in diversis eadem*

dem ratione locum versibus habet. Ut: Virgil.

Jamq; iter emensi turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant --

Idem.

Aut dulcis musti Vulcano decoqvit humorē.
Et foliis undam -- *&c.*

Hic ultimus pes cum seqventis versus primo sic metiendus:

Latino-r' ardua: Humo-r' &. *&c.*

Qvod in aliis versuum generibus vix occurret: præterqvam qvod Catull. id ausus est etiam in Sapphico.

Qui illius culpa cecidit velut prati,
Ultimus flos. --

Prisci tamen literam m *aliqvando retinent in versu: ut patet ex Lucretii lib. 1.*

Corporum officium est, qvoniam premere omnia deorsum

Ibid.

Nam si tantundem est in lanæ glomere, qvantum
Corporum in plumbo est: tantundem pendere par est:

Qvem Juvenalis Sat. 9. videtur secutus, nisi versus est mendosus.

Viven-

Qvaſi abſorbet) *Qvod non in eodem tantum: ſed qvandoq́; etiam in diverſis contingit verſibus, nimirum his, qvi ſolent* hypermetri *vocari: qvando, ultra legitimam reliqvorum verſuum ejjusdem carminis menſuram, ſyllaba in vocalem deſinens ſupereſt, per Synalœphen à ſeqventis verſus vocali initiali excipienda. Qvod cum in aliis: tum maxime in heroico locum habet. Ut:*

Georg. 3.

Et ſpumas miſcent argenti vivaq; ſulfura
Ideasq; pices - - -

Georg. 2.

Inſeritur vero ex fetu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani. - - -

Æneid. 1.

Jactemur doceas: ignari hominumq; locorumq; - -
Erramus. - -

Qvæ ſic ſcandendo connectenda:

ſulfu- r' ideas.
Horri- d' & ſteriles: locorum- qv' Erramus.

Ecthlipſis) *Hæc ſimiliter in diverſis eadem*

dem rationе locum versibus habet. Ut: Virgil.

Jamq; iter emensi turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant --

Idem.

Aut dulcis musti Vulcano decoqvit humorē.
Et foliis undam -- *&c.*

Hic ultimus pes cum seqventis versus primo sic metiendus:

Latino-r' ardua: Humo-r' &c. *&c.*

Qvod in aliis versuum generibus vix occurret: preterqvam qvod Catull. id ausus est etiam in Sapphico.

Qui illius culpa cecidit velut prati
Ultimus flos. --

Prisci tamen literam m *aliqvando retinent in versu: ut patet ex Lucretii lib. 1.*

Corporum officium est, qvoniam premere omnia deorsum

Ibid.

Nam si tantundem est in lanæ glomere, qvantum
Corporum in plumbo est: tantundem pendere par est:

Qvem Juvenalis Sat. 9. videtur secutus, nisi versus est mendosus.

Viven-

Vivendum rectè cum propter plurima: tum his
Præcipuè cavsſis.

Alii enim legunt : tum de his.

Iidem priſci quoq, litera finali s in verſu pro arbitrio eliſa in ſeqvente vocali Synalœphen faciebant.

Ut Cic. in Arat.

Delphinus jacet haut nimio luſtratus nitore:
pro luſtratu nitore.

Ennius.

Contẽtus atq; beatus, ſcitus ſecunda loqvẽs in
Tempore -

pro: contentu atq; beatus: ſcitu ſecunda.

Hinc viden' vin', *pro*, videsne, visne *&c. apud Comicos, adhuc freqvens eſt.*

Illud autem poſtea penitus ab uſu receſſit, ipſo Cic. in orat. teſtante. Nam illud Virgilii:

(Inter ſe coiisſe viros & decernere ferro)
mendoſum eſt, Servio, & Seneca teſtibus: qui legunt: cernere.

Qvod foriasſis etiam de hoc ejusdem Ecl. 8. cenſendum:

Necte Amarylli nodos: & Veneris, dic, vincula necto.

Cum

Cum quædam exemplaria modo *legant, quædam & abjiciant.*

Synæresis) *alias* Episynalœphe, *vel* Synecphonesis, Syni resis, Crasis. *Quo spectat etiam hoc Tibulli.*

Rure levis vero flores apis ingerit alveo.

Ad qvam figuram) *Ita qvidem, ut in præcedentibus delectu & auctoritate opus sit: his verò qvilibet uti possit.*

Cui huic) *Hæc pronomina, ut & ei Prisc. lib. 13. putat monosyllaba: ut ex i fieret j:* cuj, hujc, ej.

Qvod etiam statuendum de his: hev, hej, huj.

Qvamvis Prob: inst. art. disyllaba probet: cui communis suffragatur opinio qvidem, sed malè: ut alibi monstrabitur.

CAP. X.

De carmine: & ejjus divisione.

1. *Atq; tantum de* versibus *ex pedibus pluribus legitimè compositis: qui si plures conjungantur:* carmen *constituunt: qvod est sermo ex pluribus, simul aptè conjunctis, versibus conglutinatus.*

2. *Qvod*

2. *Quod Græcis auctoribus* primum *si brevius sit, à* numero *dividitur in* distichon, Tetrastichon, Hexastichon, ogdoasticon, decastichon, *&c. hoc est quod ex duobus quatuor sex octo decem &c. versibus constat.*

3. Deinde *à* forma *in* Monocolon, *&* Polycolon, *vel σύνθετον.*

4. Monocolon *uniforme & simplex est, quod ex ejusdem generis, ac speciei versibus est continuatum. Quale est od. 1. 11. 18. lib. 1. carm. Horatii.*

Cujus tot species sunt: in quot versus supra distributus. Unde carmen aliud jambicum: *aliud* Heroicum, *&c.*

5. Polycolon *est, quod ex plurium, sive ejusdem, sive diversi generis, specierum diversis versibus est compositum.*

6. *Cujus partes sive versus singuli κῶλα vocantur.*

In quibus connectendis quandoq; fit: ut in dictione versus præcedentis syllaba una atq; altera post dimensum pedem postremum redundent: quæ in sequentis versus initialem pedem referantur. Cujus tamen

alia

alia vix sunt, quam in lyrico, inprimis tamen Sapphico carmine apud vetustiores exempla. Ut Horat. od. 2. lib. 1.

Labitur ripa, Jove non probante, U-
xorius amnis.

7. *Quod* primum *in* species; *deinde in* membra *distribuitur.*

8. *Ex* speciebus *dividitur in* Dicolon: Tricolon: & Tetracolon.

9. Dicolon *vel* Epodon *præ reliquis latissimum est, quod ex duabus versuum diversis speciebus est confectum. Cujusmodi est carmen* Elegiacum *constans Hexametro & pentametro:* Jambicum *senario & quaternario.*

Sapphicum *trochaico, & Adonio Dactylico. Item item illa quæ sunt in od. 2. 3. 4. 6. 7. 8. lib. 1. carm. item per totum ferè librum Epodon ab Horatio proposita.*

10. Tricolon, *quod ex tribus, &* Tetracolon, *quod ex quatuor est speciebus compilatum.* Illius *exempla apud Horatium frequentia sunt in od. 5. & 9. lib. 1. item od. 11. Epod. & similibus.*

11. Hoc *vero apud veteres Poëtas vix* repe-

reperiri qviverit: neq; inter recentiores qvisqvam ultrà Pentacolon *vel* hexacolon *facile adscendit; qvamvis qvo minus id fiat, prohibitum non exstet.*

12. *Ex* membris *vero discinditur carmen Polycolon in* strophas.

13. Stropha *est pars carminis* Polycoli, *omnia ordine diversi generis cola semel sic complexa: ut linearum diverso positu, qvæ diversa sunt, distincta: & ad finem perducta, eadem, qva semel sunt forma linearum proposita, denuo iterentur in sequentibus versibus: donec finis carminis in integras aliqvot strophas desinat.*

14. *Quod inde in* Distrophon, tristrophon, tetrastrophon, *&* pentastrophon *distribuitur.*

Distrophon *est carmen* dicolon, *cujus* strophæ *singulæ diversorum colorum duos sunt versus complexa: qvibus absolutis ad prius colon fit reditus. Quale est carmen* Elegiacum:

Et hoc Horat. od. 3. lib. 1.

Sic te Diva potens Cypri
Sic fratres Helenæ, lucida sidera
Vento-

Ventorumq; regat pater
Obstrictis aliis, præter Iapyga
Navis: qvæ tibi creditum
Debes Virgilium finibus Atticis.

15. Tristrophon *est carmen cujus* strophæ *tres versus, sive per tria, sive per duo duntaxat cola (alterutro geminato) continent. Exemplum* dicoli:

Hor. od. 12. lib. 3.

Miserarum est, neq; amori dare ludum,
Neq; dulci mala vino lavere, aut ex-
Animari metuentes patruæ verbera
linguæ.

Et Buch. Psal. 66.

Dicite illi: Rector orbis
Sancte, qvam stupenda rerum
Est tuarum gloria.

Tricoli *exemplum habet idem Buch. Psal. 16.*

Te servus dominum libens (bi
Adgnosco & populis prædico: sed ti-
Omni ex parte beato, officiis nil o-
pus est meis.

16. Tetrastrophon *est carmen, cujus* strophæ *qvatuor versus, plerumq; duorum, aut trium, rarius qvatuor generum complectuntur.* L *Duo-*

Duorum *semper est carmen* Sapphicum, *qvattuor duorum generum versibus in strophis constans singulis. Item hoc Horatii Od. 6. lib. 1. carm.*

Scriberis vario fortis, & hostium
Victor Mœonii carminis alite,
Qvam rem cunq; ferox navibus aut e-
Miles te duce gesserit. (qves

Trium *generum est hoc Horatii lib. 1. Od. 5.*

Qvis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liqvidis urget odoribus
Grato Pyrrha sub antro.
Cui flavam religas comam.

Qvattuor generum exempla non succurrunt apud veteres.

17. Pentastrophon *cujjus* strophæ *qvinq; versus duarum vel plurium specierum complectuntur.*

Cujjus aliqva apud Claudianum & Prudentium sunt exempla.

Ex vetustioribus unicum succurrit in Catull. de nuptiis Manlii.

Collis ô Heliconii
Cultor, Uraniæ genus,

Qvi

Qvi rapis tenerum ad virum
Virginem, ô hymeneæ hymen
Hymen ô hymenæe.

AD CAP. X.

Carmen conſtituunt) *Qvod etiam* metrum Poëma, *item* oratio ἔμμετρος, ligata *dicitur. In qvo magna eſt Epithetorum convenientium cura adhibenda: qvæ elegantius ſuum ſubjectum præcedunt: ſed per interpoſitam orationis partem: dummodo ne facile plura uni ſubjecto adponantur.*

In qvo genere particulæ (nunc, tunc, ſed, &, qve, qvoq;, etiam, qvippe, &c.) *explendi verſus cauſa, ocioſè poſitæ, ſunt diligenter qvod turpem maculam verſibus inurant, evitandæ.*

Deinde à forma) *Nomen etiam accipit ab inventoribus: ut aliud ſit:* Adonium, *aliud* Sapphicum, Phalæcium, Glyconium, Aſclepiadeum, Pherecratium, Pindaricum, Ariſtophanicum, Alcmanium, Archilochium, Hipponactium, Anacreonteum, Bacchilideum, &c.

Item à materia: *cum carmen dicitur:*

Epithalamium, Epicedium, Genethliacum, Satyricum, Bucolicum, Georgicum, Epinicion, Heroicum, Elegiacum, Comicum, Tragicum, Epigramma, &c.

Et à genere instrumentorum: Lyricum, Scolium, Itiphalicum, &c.

Dicitur etiam carmen Eteostichon, *quod literis numeralibus quotquot in versu succurrunt, conjunctis certum designat. Item* Acrostichis *quod literis cujusq; versus initialibus, mediis, vel finalibus collectis certas voces exprimit. Item* Anagramma, *quod ex nominibus quibusdam propriis, vel quibusvis aliis pluribus conjunctis, verbis undiq; transpositis aliam elicit sententiam.*

Huc pertinent: Mimi, Ludi, Rapsodia, Parodia, Centones, hymni, Chori, Diræ, Palinodia, æni, griphi, ænigmata, Silvæ, Soteria, propemtica, hodœporica, Panægyrica, Neniæ, inferiæ, Parentalia, &c.

Comici *versus in honorem Deorum cantati olim sæpè dirimebantur in* strophen Antistrophen, & Epodon.

Quarum illam *decantabant à dextra*

ara

aram circumeuntes: istam *cum à sinistra redibant: hanc deniq; cum in conspectu populi stantes carmen absolvebant.*

De quibus omnibus ad artem Poëticam spectantibus plena est apud J. Cæs. Scaligerum lib. 1. & 3. de re poët. doctrina.

CAP. XI.

De dimensione communi in singulis verbis.

1. *Hucusq;* Dimensio peculiaris *fuit: sequitur* communis, *quæ rationem pronunciandi tam prosæ, quam metro, communem tradit.*

2. *Quæ vel in* singulis *seorsim sermonis cujuspiam* verbis *spectatur: vel in* sermone integro.

3. Verborum singulorum *dimensio attenditur, aut in* monosyllabis: *aut* polysyllabis *dictionibus.*

4. Monosyllabæ *tono proferuntur aut* acuto: *si breves, vel positione tantum longæ: ut:* at, ast, dux, fax: *aut* circumflexo, *si natura longæ: ut:* mos, res, lux, ros, nil, dis, lis.

5. *In* polysyllabis *consideratur vel* ultima *vel* penultima.

6. Ultima *cujusq; dictionis apud Latinos syllaba tono gravi, nunqvam acuto profertur.*

7. *Nisi fortè vehemens animi adfectus illum in ultimam abjiciat. Quod fieri vulgo solet in his interjectionibus:* huj, ohe, Papæ &c.

Et interrogationibus qvandoq;: sed qvid ego? *qvamvis in his proferendis tutius analogiæ insistamus.*

8. Penultima *vel* brevis *est: vel* longa.

9. *Si* brevis, *in dissyllaba qvidem dictione* acuitur: *in hyperdissyllaba vero gravatur,* acuto *in antepenultimam rejecto. Ut:* gravis, salus, legunt, &c. homines, terribilis, erudit, inqvinat, calefit, &c.

10. *Sin* longa: *tunc* avt natura *longa est, ante finalem brevem; &* circumflectitur: *ut:* Roma, regis, æstus, honorem, &c.

11. *Avt* positione tantum, *vel natura qvidem; sed ante finalem longam, &* acuitur:

itur: *ut:* Doctus, arte, templum: Romæ, reges, æstas, honores, &c.

12. *Quod omne non modo in simplicibus: sed etiam compositis valet vocibus. Ut:* enimvéro, deinde, aliqvándo, *quæ penultima longa: contra vero,* qvandóqvidem, Pérlego, caléfacis, tepéfacis, hácrenus, cátenus, titulónus, pubérenus, *penultima brevi.*

13. *Unde* excipiuntur primum: *dictiones* Encliticæ, *quæ fini dictionis Polysyllabæ adjectæ tonum penultimæ vel antepenultimæ vel antepenultimæ debitum, abjiciunt, ultimam acuendo: ut:* discive, faceq́ꝫ, singuláq́ꝫ, nostrâq́ꝫ, honoremq́ꝫ, regisq́ꝫ.

14. *Vocativi nominum propriorum in ius: item genitivi singulares in ii desinentes crasin, vel Apocopen passi: qvi acutum, quem in antepenultima, in reliqvis casibus, vel ante crasin habebant, in eadem postea penultima facta, retinere vulgo solent: licet brevis sit illa, ut:* Ovidi, Valeri, tuguri, Mercuri. *Gocl. p. 2. l. 1. q. 13.*

15. *Appendix.*

Ad Græca *quod attinet, & alia* peregrina: *si in terminationem & flexionem Latinā conversa sint: Latinorum rationem in pronunciando seqvuntur: quantitate penultimæ, solerter repetita: quæ si in polysyllabis longa reperiatur: acutus vel circumflexus in eadem hærebit: si brevis: in antepenultimam tonus rejicitur.*

16. Si vero terminationem Græcam vel alius linguæ peregrinæ retineant: ut vel Græcorum more flectantur: vel plane sint indeclinabilia: tum etiam more Græcorum, qvemq; nativa cujjusq; vocis lingua reqvirit, pronunciari debuerint.

17. Quod si tamen nativus peregrinæ vocis ex sua lingua tonus non adpareat: tutissimum fuerit, juxta Latinorum accentum eam pronunciasse.

AD CAP. XI.

Avt acuto, at, aſt:) *Vitiosa igitur, & subrustica est illa pronunciatio in vocibus* ars, mars, pars, eſt, &c. *Cum enim acuto proferre deberent, utpote tantum positione longæ: qvomodo proferimus:* ſors, mors, pons,

pons, fons, dens, abs, feps, fcops, &c. *vulgo circumflexo proferri solent sono:* aars, maars, paars, eest, &c.

In antepenultimam) *Ut ultra hanc à fine tertiam sursum non progrediatur: etiamsi longissima sit dictio: quæ omnis unico duntaxat in unica syllaba tono constat: quem vel in antepenultima vel penultima syllaba locatum habet.*

Finalem longam) *Circumflexi n. longior quædam inter efferendum productio: quam haut facile adhibeas, ubi excipit eam longa, sine istius nimia correptione.*

Dictio Enclitica) *ut sunt:* qve, ne, ve, *Sed particula* qve *non est Enclitica: nisi quando est completiva, vel copulativa. Ideoq; in his:* undiqꝫ, utraqꝫ, deniqꝫ, utiqve, itaqꝫ, *& similibus exceptio non obtinet.*

Retinere vulgo solent) *quamvis rectius analogiam secuti in antepenultimam vocis deminutionem passæ tonum rejiceremus. Quomodo dicimus: res* mancipi, *elevata antepenultima: cum sit genitivus apocopen passus, pro* mancipii. *Martialis:*

 O nul-

O nullis Ovidi tacende lingvis.

Quod testatur Agellius Nigidii atq; Ciceronis ætate fuisse observatum in vocativis: cum genititivi tonus antepenultimæ, post apocopen syllabæ j maneret, differentiæ in propriis caussa. Verum sua ætate Agellius antepenultimam vocativi sine risu, cum acuto non potuisse proferri testis est libr. 13. cap. 24.

Longa reperiatur) *sic n. hæc:* paracletus, poderis: trigonus, meteora, metamorphosis, antiphona: Aptota, monoptota, dicolon, pharmacopola: Darius, Basilius, Heraclitus, Alexandria, Nicomedia, Antiochia, Pædagogium, Xenodochium, Bibliopolium, Thrasybulus, Mithridates, Omphale, Menelaus: Tessalonica, Veronica, Cambyses, &c. *penultimam longam habent: quod eam ex η, ω, ει, ου, α, ι, & υ natura longis translatam habeant.*

Si brevis) *Contra,* Amphibolia, Categoria, Dysenteria, Harmonia, homilia, mania, melancholia, moria, phantasia, anatomia, Geometria, Analogia, Typographia, monomachia, Astronomia,

mia, monarchia, evphonia, Academia, monodia : Sarcophagus. Heroſtratus, miſoponus, miſogamus, Antigonus, Origenes, Sophroſyna, anathema, Epheſus, Idea, Andreas, Operinus, *eandem brevem habent: qvod ex ε, ο, ᾰ, ι & υ brevibus transſumtam habeant.*

Sic ex peregrinis: Michael, Raphael, Iſrael, Nathanael, Eleazar, Jairus, Jacobus, Cleophas, Salome, Abel, Cain, Lamech, Noe, Ephrata, Abigail, Isboſeth, Sarai, Sinai: *& qvæ in* ezer, Sedec *&* melec *exeunt penultimam longam habent: Hæc verò:* Ananias, Barachias, Ezechias, Eſaias, Elias, Hieremias, Malachias, Zacharias, Tobias, Urias, Joſias, Jeconias, Golias, Matthias, Maria, Lucia, Arimathia, &c. *eandem brevem habent:*

Ad tonum a. qvod attinet: qvæ penultimam acuant apud Hebræos ſunt parca: qvibus exceptis regula ſtatuenda: qvod reliqva omnia extrema acuta ſint proferenda, ut ſunt: Amen, Seraphin, Cherubin, Mariam, Abraham, Joſeph.

More Græcorum) *Sic:* paralipomé-

non

non (*Genitivus pluralis*) Lithóſtrotos, eleéſon *proferuntur: illud penultima acuta, cum tamen ſit longa: quia nimirum illud acutum in penultima: hæc in antepenultima habent:* παραλιπομένων: λιθόστρωτος: ἐλέησον.

CAP. XII.

De prolatione diſtincta.

1. In integro ſermone *ſic obſervabitur dimenſio: ſi ille proferatur &* diſtinctè: *&* ſonorè.

2. *Quorum* illud *perſpicuitatem*: hoc *vero gratiam in auditorum animis ſermoni jucundam conciliat.*

3. Diſtincta *pronunciatio eſt, qua ſpiritum in continuata verborum aliquot prolatione quandoq; decenter inhibemus.*

4. *Quod in ſermone fit quolibet, ſpiritum paulliſper vel* deponendo: *vel* ſuſpendendo. Illud *fit cum reſpiratione:* hoc *vero ſine illa.*

5. Deponitur *ſpiritus in* Periodo: *quæ eſt ſermo, perfectam ſuo verborum ambitu* ſententiam *complexus: & eodem ſpiritu*

ſic

ſic pronunciandus: ut illo, poſt ſententiam peroratam, ad tempus modicum depoſito, periodi pronunciatæ finis auditoribus innoteſcat.

6. Sententia *autem eſt integer notionum aliqvot animi à ſe invicem dependentium cenceptus, ſub plena verborum Syntaxi plenum mentis ſenſum continens.*

7. *Qvæ pro rei, de qva dicitur, amplitudine, modo longius extendi: modo contrahi brevius, ad dicentis arbitrium ſub hac lege poteſt: ut nec propter brevitatem fiat obſcura: nec propter amplitudinem ita prolixa: ut uno non poſſit ſpiritu continuata recitatio abſolvi.*

8. Suſpenditur *autem in partibus periodi: qvæ ſunt:* commata & cola.

9. Comma *eſt pars ſententiæ, tam qvoad ſenſum, qvam verba imperfectæ,* minor, *qvæ propter vitandam præcipuè Syntaxis verborum confuſionem, parva admodum; & vix ſenſibili ſpiritus ſuſpenſi mora, præcedentia à ſeqventibus diſtingvit.*

10. Colon *eſt pars ſententiæ, à verborum qvidem ſtructura, & ſenſu etiam, plenæ:*

næ: sed per relativas, congregativas, & segregativas particulas alii sententiæ ejusdem periodi colligatæ; majjor: *pavllo sensibiliore suspensi spiritus tempore proferenda.*

Qvarum distinctionum exempla sint hæc: Cic. pro Archia: Si qvid est in me ingenii, judices: qvod sentio, qvam sit exiguum: avt si qva exercitatio dicendi: in qva me non inficior mediocriter esse versatum: avt si hujjus rei ratio aliqva, ab optimarum artium studiis & disciplina, profecta: a qva ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium, vel inprimis, A. Licinius fructum à me repetere, prope suo jure debet.

Id. 1. off. Summa qvidem avctoritate Philosophi, severè sane, atq; honeste, hæc tria genere confusa, cogitatione distingvunt. Qvicqvid enim justum sit: id etiam utile esse censent: itemq; qvod honestum: idem justum. Ex qvo efficitur: ut qvicqvid honestum sit: idem sit utile.

Id. Ep. ad Torqvat. Etsi ea perturbatio est omnium rerum; ut suæ qvenq; fortu-

fortunæ maximè pœniteat: nemoqve sit: qvin ubivis, qvam ibi, ubi est, esse malit: tamen mihi dubium non est: qvin hoc tempore, bono viro Romæ esse, miserrimum sit.

Virg. 1. Æneid.

Arma virũq; cano: Trojjæ qvi primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinaq; venit
Litora. Multum ille & terris jactatus, & alto,
Vi superum, sævæ memorẽ Junonis ob iram:
Multa qvoq; & bello passus: dum conderet urbem:
Inferretq; Deos Latio. Genus unde Latinum:
Albaniq; patres: atq; altæ mœnia Romæ.

Ovid. 1. de Rem. Amor.

Ergo ubi visus eris nostra medicabilis arte:
Fac monitis fugias ocia prima meis.
Hæc, ut ames, faciunt: hæc, qvæ fecere tuentur:
Hæc sunt jucundi, cavsa, cibusq;, mali.
Otia si tollas: periere cupidinis arcus:
Contemtæq; jacent, & sine luce, faces.

AD CAP. XII.

In periodo) *Ciceroni*, comprehensio, ambitus, circuitus, circumscriptio: *Qvintiliano*, conclusio.

Finis

Finis avditoribus) *Qvam orthographici designare solent puncto ad imam literam posito: sic (.)*

Recitatio) *Hic enim naturæ modus est, artis alius: ut qvatuor membrorum qvasi, hexametrorum versuum, sit plena comprehensio, dicente Tullio.*

Absolvi) *Clavsulas enim atq; interpuncta verborum animæ interclusio, atq; angustia spiritus attulerunt: ait* Cic. *3. de orat. vide Gocl. in not. Rhet. ad figuras.*

Distingvit) *Unde vulgo* incisum *dicitur: quod solet hoc semicirculo itidem ad imam literæ partem signato notari: (,)*

Proferenda) *Qvod alias* membrum, *vulgo*, duo puncta *dicitur: idq; solet indicari duobus punctis, ad summam & imam literæ finalis partem sibi oppositis (:)*

CAP. XIII.

De pronunciatione sonora.

1. Sonora *pronunciatio est: qvæ voces periodi, ob gratum avribus sonum, qvod literarum, & syllabarum harmonica bonitate, ad*

it, ad pedum competentem dimensionem similiter transponit, & permutat alliis.

2. *In qua praeceptiones sunt partim* communes: *partim* speciales.

3. Communes *ad omne genus sermonis spectantes sint:*

Ne partes periodi, vel *propter crebriores* synalœphas, *aut* ecthlipses: vel *propter* *...nium syllabarum, sive longarum, sive brevium concursum:* vel *propter earundem literarum prolatu, difficilium continuam repetitionem:* vel *deniq, propter plurium, aut monosyllabarum continuationem: aut polysyllabarum condensationem, nimis aut hiulcae: aut tardae: aut celeres: aut ad proferendum difficiles: aut deniq, auribus ingratae sint.*

4. *Sed ut in his casibus, per* metathesin *aut* hyperbatum *dictiones ejusmodi non pro ordinis Syntactici (qui alias est illis digerendis naturalis) modo: sed pro aurium ad jucundam harmoniam judicio variè, servata tamen perspicuitate sensus transponantur: & longorum atq, brevium verborum commutatio instituatur.*

5. *Ita tamen ut verba rebus sint adoptan- das: ut aspera & dura rebus tristibus & du- ris: levia & mollia levibus & mollibus: tar- da vel velocia, tardis vel velocibus: lati dulcia, accommodentur.*

6. Speciales *ad* prosam (*nam de metri observationibus supra dictum*) *spectante sunt, vel de* tota *periodo: vel de* parte *ipsius*

7. *Ad* totam *periodum spectat hoc: ne versuum aliqvot genus, nisi aliunde testi- monii cavsâ (qvod si parce fiat, licet) pro- latum, in prosa intercurrat.*

8. *Ad* partem *periodi spectantes vel ad* principium & finem *simul respiciunt: vel ad* finem tantum.

9. Illic *est unica cavtela: ne principium avt exitus periodi in principium & exitum Carminis, qvod mollem reddit periodum, incidat.*

10. Hic *vero in fine dimensionis leges in pedibus præcipuè observandæ: ita tamen, ut ejusmodi observatio* ultra sex *à fine pe- riodi syllabas ne procedat, pedibus ferè bi- syllabis definienda:*

11. *Ut clavsula, qvæ avribus grata ca- dere*

dere debeat; sit ex spondeis, pyrrichiis, jambis, & trochæis, per breves & longas syllabas, alternatim positas, cum bonitate literarum dissimiliter variata: maxime vero ditrochæo conclusa: at non nimis operosè adfectata.

12. Dissimiliter *inqvam: ne plures serie continua periodi ponantur, iisdem, vel parum dissimilibus clausulis terminatæ: sed semper inter se multum dissimilibus: ne hæc ab auditoribus dimensio nimis adfectate concepta facile adverti, & avrium satietate vilescere qveat.*

Exempla sint hæc Ciceronis: patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit. *In Orator.*

Neq; avxilium modo defensioni meæ: verum etiam, silentium pollicentur. *Pro Milone.*

Ibid. Aliqvando per vos ac vestram fidem, virtutem, sapientiamq; recreemur.

13. *Qvæ tamen hæc omnis transpositio, ut sibiipsi dissimilis est, in pluribus periodis: ita certis neqvit præceptis concludi.*

14. *Ex bonorum igitur potius avctorum exemplis, adhibito avrium in avscultatione jam exercitatorum judicio, & collatione vocum sententiæ diversi positus melius condiscenda fuerit.*

SCHOLIA AD CAP. XIII.

Hyberbaton) *est verbi è propria sede, qvam ordo sententiæ flagitabat, in aliam transpositio. Fit enim (inqvit Fabius) sæpissimè aspera & dura, & dissoluta & hians oratio: si ad necessitatem ordinis syntactici verba redigantur: &, ut qvodq; oritur, ita proximis etiam, si vinciri non potest, alligetur. Differenda igitur qvædam & præsumenda: eligendæq; sedes qvibusq; dictionibus competentes. Nec enim aliud sermonem facere numerosum potest: qvam opportuna ordinis mutatio.*

Ubi tamen cavendum: ne hyberbaton sit poëticum magis, avt nimis implicatum, perturbatum, perplexum, vel obscurum, propter longiorem conjungendorum disportionem.

In fine dimensionis leges) *In medio enim*

enim periodi pedum ferè nulla ratio habetur: in principio qvidem aliqva, sed non ita magna.

Cum bonitate literarum) *Major enim cura & delectus soni bonarũ literarũ, qvam pedum & quantitatis in oratoria dimensione est habendus. Qva de re multa Cic. lib. 3. de Orat. & plurima Qvinctil. lib. 9.*

PROBLEMATUM PROSODIACORUM DUÆ DECURIÆ.

Decuriæ Primæ

Problema I.

Ecqvid Prosodia sit pars Grammaticæ: & ecqvid divisio Grammatices qvadripartita sustineri qveat?

Adfirmatur, contra Ramæos.

D*E GRAMMATICES distributione Grammatici Professores havt idem sentiunt. Sunt*

enim qui duas in species eam dividunt: ut alia sit auctore Fabio lib. 1. c. 4. & 15. orat. Inst. Methodice: *quam Diomedes* horisticen: *alii* theoreticen *vocant: alia vero* Historice, *quæ teste Diomede exegetice, h. e. ut ipsemet interpretatur, narrativa: aliis* practice *dicitur. Illi subjiciuntur præcepta, de recte loquendi scientia: huic Poëtarum enarratio: in scriptis Poëtarum prælegendis, interpretandis, corrigendis, & probane vel improba sint dijudicandis. Ad quam divisionem etiam M. Varro, ut apud Diomed. lib. 2. videre licet, immo Cicero ipsemet 1. de Orat. respexit. Quia autem* Historice, *quæ sic appellatur, longe majjoris est operæ, adeoq; latius patet quam ut intra Grammatices fines contineatur: ut non unius alicujjus artis, sed omnium prope disciplinarum cognitionem requirat: atq; ideo non magis Grammaticæ pars: quam Medicinæ, Physices, Ethices, Jurisprudentiæ censenda: hæc divisio non modo a. P Ramo Schol. Gram. lib. 1. & 2. sed etiam à D. Phil in principio suæ Grammatices, qa latiores & toto, merito explosa fuit.*

Sunt

Sunt alii, qvi illam, qvam Methodicen *nuncupari diximus, in qvatuor membra dupertiantur:* Orthographiam, *cui literas:* Prosodiam, *cui syllabas:* Etymologiam, *cui dictiones: deniq;* Syntaxin, *cui orationem subjiciunt: de quibus hoc ordine tractat Prisc. in Inst. Gram. lib. 1. & Fab. Inst. orat. lib. 1. c. 5. 6. 7. lib. 12. c. 9. Contra qvos disputat* P. Ramus, *& pleriq; ipsius adsectæ: duas ex hisce qvattuor partes duntaxat adgnoscentes:* Etymologiam & Syntaxin: *Orthographia & Prosodia, qvod seorsim tradi neqveant, per illas diffusa:* qvemadmodum sangvis & spiritus per universum corpus sunt dispersi: *utidem loqvitur lib. 2. Sch. Gram. ut hæ sint illarum partium particulæ: in qvibus earum elementa, principiaq; & adfectiones doceantur: ut vult præstantissimus ille nostri seculi Philosophus Gocl. part. 2. Schol. Gram. lib. 1. q. 3.*

Ego ut libenter concedo Orthographiam non tantum in literis: & Prosodiam non tantum in syllabis: sed utramq; etiam in dictionibus spectari: nec tantum in singulis:

M 4 seor-

seorsim: sed etiam conjunctis: contra quam vulgo docent; qui illam intra literarum; hanc vero syllabarum seorsim singularum limites includunt: ita quomodo, quod P. Ramus, & post eum alii adserunt, de præceptis Orthographiæ & Prosodiæ, cum Etymologicis & Syntacticis ita, ut secerni ab his nequeant, conjunctis, probari possit, nondum video. Orthographia *sermonem sibi scribendum proponit;* Prosodia *ore proloquendum. Præcepta utriusq. ut à se invicem: sic etiam ab Etymologia sunt, & syntaxi distincta. Etymologia sermonis singulas sibi dictiones: Syntaxis verò conjunctas proponit: non ut scribendas, nec ut ore proferendas: sed in animo primum concipiendas: ut postea vel calamo scribantur, vel ore proferantur: ut illo casu* Orthographia: *isto* Prosodia *sit adhibenda. Præcepta Etymologiæ voces conformant ad Syntaxin congruentes: quomodo vel scribi, vel pronunciari debeant: illa non curant: sed potius hanc operam illo casu ad Orthographiæ: isto ad Prosodiæ præcepta amandant.*

Sunt igitur cum subjectis suis Orthographia

phia

phiæ & Proſodiæ : tum finibus propriis partes, tum à ſe invicem : quam ab Etymologia & ſyntaxi per ſua particularia præcepta diſtinctæ : non per has transfuſæ : non harum partium particulæ. Orthographia *non modo circa literas verſatur ſingulas ſed : etiam circa ſyllabas & dictiones integras : non modo ſingulas ſeorſim : ſed etiam conjunctim per commata, cola, periodos, literas majjuſculas, longius, brevius, exſcribendas.* Proſodia *non modo circa ſyllabas, ſed etiam literas ſingulas dictiones, ſententias ritè proferendas.* Etymologia *non modo circa dictionum : ſed etiam ſingularum literarum valorem ritè explanandum : ſed ſyllabas rectè conformandas eſt occupata : ſed ſingula reſpectu, fineq́ diverſo.*

Ergo illa diviſio vulgo trita Grammatices in qvartuor partes adprobanda? Sic puto : ſed hac lege : ut non conjunctim & pari paſſu totum : ſed per dichotomiam in duas partes ſuperiorés diſtrahant : qvæ Sermonis formandi *Grammatices ſubjecti conſiderent vel* conceptionem : *vel* prolationem. Illa *in mente formatur per* Ety-

mologiam & syntaxin: hæc ore *vel calamo expeditur: quarum illa sit* Prosodia: *hæc* Orthographia. Illæ *priores semper simul considerantur junctæ, ut altera absq; alterutrius ope sermonem concipere nequeat.* Harum *posteriorum alterutra si præsto sit, pro arbitrio prolaturi sermonem: hoc ad prolationem sufficit.*

Unde illæ sunt essentiales: *hæ verò* accidentales *Grammatices partes: quod illæ necessario requirantur ad constitutionem saltem sermonis mente concipiendi: hæ vero vel ambæ queant, sermone concepto in mente; quod tamen rarius est, suppresso vel ex his alterutra abesse soleat. Ita tamen, ut utriusq; præceptorum congeries ad integrum Grammaticarum præceptionum systema constituendum sit necessaria: quandoquidem propter hunc finem sermo concipitur: ut pro circumstantiarum ratione diversa, vel* ore, *vel* calamo, *vel* utroque *successive, proferatur. Quo fit: ut ab alterutrius defectu doctrina de sermone formando sit imperfecta: quemadmodum in jure Civili* literas nescire *quoq; dicuntur*

illi,

illi, qui neqveant eas calamo exarare: ut-cunq; possint legere. l. 3. §. subscribere. D. de excuss. l. hac consultissima 21. C. de testam. Retinenda igitur potius est, & excusanda Grammatices in partes qvatuor dispertitio vulgo trita: qvam ex rationibus non bene firmis, immò dixerim penè falsis improbanda.

II.

Ecqvid *Circumflexus* sit apud Latinos utilis tonus? Adfirmatur.

Sunt inter Grammaticos non parci, qui circumflexum *tonum judicent Latinis inutilem: qvod ferè nemo nunc ita pronunciet: ut ullum discrimen inter circumflexum & acutum adgnoscas: in qvorum ita sententiunt numero D.* Phil. Melanchthon *est, in principio suæ Grammatices, tit. de syllabis. Qvæ ratio tamen ad probandum non satis est sufficiens nobis: qvi in præceptis Grammaticis describendis, non hodiernum vulgo latine loqventium abusum: sed veterum classicorum qvi tem-pore*

pore Ciceronis & pavllo ante, atq; post eum locuti Latine sunt genuinum intueri usum debemus: & secundum illum, qvatenus fieri potest, præcepta Grammatices examussim conformata reddere. Constat avtem ex Cicerone de Orat. qvod illa pronunciandi ratio, qva circumflexus ab acuto differret, suo tempore notissima vulgo fuerit: ut plebeii homines & mulierculæ, etiam in histrionibus qvandoq; neglectum hujus in acuti ab circumflexo differente sono exsibilaverint. Unde Qvinctilianus *lib. 1. c. 7. testis est: vocales naturâ longas, qvæ circumflexi moram in pronunciando desiderant, duplicatas scribi fuisse solitas, ad hunc in circumflexi tono tractum acuto longiorem designandum. Utut igitur verum sit: hodiernum Latine loqventium usum, longinqvitate temporis multimode depravatum, ab illo discrepare plurimum: qvamvis & inter politiores de eo possit non leviter dubitarier: attamen non, qvomodo pronunciet vulgus hodie: sed qvomodo pronunciare deberent: ea demum ratio doctis attendenda, & secundum*

verum

verum veterum usum hodierna pronunciandi ratio vitiosa, corrigenda: non autem genuina, & quae olim viguit integra, per hanc abolenda fuerit. Quemadmodum hoc VVilich. *in sua Prosodia c. 7. in fin. animadvertit: & hunc tonum, qui circumflexus dicitur, ea non attenta ratione quae partim fallax est: partim per abusum irrepsit: quem etiam* Lipsius *vulgi errorem in pronunciando reprehendit, in not. ad cap. 20. de pron. rect. Lat. lingv.) retinendum, & in pronunciando, quantum potest fieri, observandum censuit.*

III.

Ecquid, vi positionis, vocalis finalis brevis, per subsequentis dictionis initialem duplicem, vel duas consonantes producatur? Negatur.

Diomedes *lib. 2. Gram. de septem modis syllabarum communium, & cum eo* Terentianus *putant: vocalem brevem finalem praecedentis dictionis, positione longam*

gam fieri, si in principio seqventis sit duplex, vel duæ consonantes, maxime qvarum prior sit: posterior muta: qvos seqvitur Fabric. *lib. 1. reg. 1. de re poët. Ad cujius rei fidem proferunt hæc exempla:*

Ovid. 1. Ponto.

Officii cavssa pluribus esse dati.

Id. 5. Trist.

Nil opus est morte, pro me: sed amore, fideq;.

Cat. Hym.

Nulla fugæ ratio: nulla spes: omnia muta.

Tib. lib. 1.

Pro segete spicas: pro grege ferre dapem.

Juv. Sat. 8.

Occulta spolia, & plures de pace triumpos.

Sil. lib. 9.

Immane stridens agitur, crebroq; coacta.

Mart. lib. 2.

Et digna speculo fiat imago tua.

Lucan. 5.

Avt precio qvippe stimulo, fluctuq; furoris.

Verum qvia in contrariam partem possunt exempla, ex optumis Poëtis, innumera produci: in qvibus nulla subseqventium habetur ratio consonantium, vel duplicium: ut sunt: Ovid.

Ovid. Met. 2.

In solio Phœbus claris lucente Smaragdis.

Virg. Æn. 6.

Phœbe graves Trojæ semper miserate labores.

Id. Æn. 3.

Jam medio adparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Luc. lib. 2.

Tales, fama canit, tumidum super æqvora Xerxem, &c.

Vir. 2. Æn.

Sqvallentem barbam, & concretos sangvine crines.

Ne qvidem qvo casu consona spriorem, seqvente muta, locum tenet: ut:

Virg. 11. Æn.

Ponite spes sibi qvisq;: sed hæc angusta videtis.

Horat. 1. serm. Sat. 5.

Linqvimus insani ridentes præmia scribæ.

Id. Sat. 3.

Ignoscent si qvid peccavero stultus amici,

Statuendum potius: superioribus in exemplis finales ejjusmodi vocales, non vi positionis: sed Cæsuræ, in qvam omnes illæ coincidunt, more Græcorum, productas esse: ut-

se: utpote quæ produci quandoq́; Poëtis solent: etsi vel nulla, vel unica consona tantum sit subseqvuta: ut supra de Cæsura dictum.

Id qvod multo magis de enclitica qve *dicẽdum: qvæ, ut apud Græcos solet fieri in* τὲ, μὲν γὰρ, *sæpius producta reperitur, Ut.*

Virg. Georg. 1.

Lappæq́; tribuliq́; interq́; nitentia culta.

Id. 2.

Tribulaqve traheæqve, & iniqvo pondere rastri.

Id. 4.

Terrasq́; tractusq́; maris, cœlumq́; profun(dum.

Idq́; obtinet etiam non subsecutis consonantibus; ne qvis horum seqvelæ productionem tribuat. Ut:

Æn. 3.

Liminaq́;, lavrusq́; Dei, totusq́; moveri *&c.*

Id. 12.

Chloreaq́;, Sibarimq́;, Daretaq́;, Thersilochumq́;.

Ovid. 2. Ponto.

Fluminaque montesque & in actas proflua sylvas.

Duo tamen occurrunt sine cæsura producta: quæ pro adfirmantium possent opinione facere; Ut; *Virg.*

Virg. 1. Æn.

Ferte citi ferrum: date tela: ſcandite muros.

Mart. lib. 9.

Quid gladium demens Romana ſtringis in ora.

Extra quæ cum alia vix inveneris: licentiæ Poëticæ ad Græcorum imitationem hæc adſcribenda: minime v. pro regula ad exemplum, contra morem, trahenda fuerint.

IV.

Ecqvid penultima in *Genitrix*, & ſimilibus: item prima in *reflagito, reflecto, refluo, refreno, refringo, &c.* à Poëtis in metro produci poſſit. Adſir.

Qvamvis Verrepæus lib. Gram. Deſpaut. 4. de poſitione, non ſatis tutum putet in hisce productionem tentare: qvia tamen nullas illius periculi ſubſtantis rationes aafert: non eqvidem video: cur hic poëſios tironi crucem figere neceſſe habuerit: cum & ratio productionis, per licentiam poëticam, in his æqve ſit per omnia conſpicua:

N nulla

nulla diversitatis vel minima cautione præmunita: utut exempla non sint ubivis obvia.

Quæ tamen non omnino desunt, passim animadversa. Ut:

Sil. lib. 15.

Celsus cev prima reflorescente juventa.

V.

Ecqvid litera j duabus vocalibus interposita sit duplex litera? Negatur contra plerosqve Grammaticos.

Sic qvidem vulgus Grammaticorum præcipit: sed contra veterum avctoritatem, & sine ulla ratione. Posterius ex definitione literæ duplicis *est evidens: quæ à* simplici *cum figura; tum valore, qvo duarum consonantium vim complectitur differt. J autem simplex, in* juno, janua, *nullam figuræ habet ab eo qvod est in* major, pejor, &c. *differentiam: ut hanc ob cavssam sicut illa, simplex: sic non possit hæc duplex esse: qvod nulla inter simplicem & du-*

& duplicem, quoad figuram pareat; quæ tamen esse manifesta debebat, differentia.

Duplices *memorantur apud Græcos* ζ, ξ, ψ, *apud* Latinos *x, z: sed peculiari sua singulæ, & à simplicibus d. c. p. s. diversa constant figura. Quem vero valorem à simplici diversum habet hæc litera? si duplex est duarum habet vim consonantium. Quarum igitur? In* juno, janua; jocus, &c. *litera j est simplex consona; quia literæ unius valorem duntaxat obtinet. Si igitur eadem in* Major, pejor, &c. *duplex est: duarum debet habere consonantium potestatem. Resolvatur itaq; in suas simplices: quæ si dari nequeunt: cur & quomodo litera duplex erit?*

Prius hinc patet: quod litera j in medio non compositæ dictionis ponenda, veteribus tam prolatu, quam scriptu usurparetur geminata; priore ad vocalem antecedentem, posteriore ad subsequentem relata, ut: Aj-jo, Maj-jor, Pompej-jus, &c. *Quæ ratio scribendi, pronunciandi necessario vim præsupponens eandem, tantum abest, ut nova sit: ut temere producta:*

 quod

qvod hodie qvibusdam videtur vel nasutulis, vel imperitis: ut ipsi quoq; Ciceroni, *teste Fab.* Qvinct. *lib.1.c.5.& Velio* Longino *placuerit: & cum eo* C. Cæsari *artis Grammaticæ doctissimo probata fuerit: Mario* Victorino *Grammatico; apud* Priscianum *lib. 1. c. de accid. lit. 1. attestante. Idem de* ejjus *adfirmat apud Cassiodorum,* Cecillius; *Refert* Alv. *lib.3.Gram. instit.* Camerarius *in marg. ad Grammaticam Philippi de literis: & J.* Lipsius *in suis de Orthogr. notis qvondam Jenæ dictatis id certum putat. Cujjus hæc proculdubio geminationis cavssa fuit: ut præcedens vocalis positione longa fieret: qvod aliter qvam geminata consonante fieri neqvivit. Qvæ cum vulgo librariorum cavssa non esset explorata: factum hinc: ut neglecta postea geminatione, tanqvam si supervacua esset, & inutilis, qvia cernebatur præcedens vocalis apud Poëtas producta, commentum de j duplici consonante præter veterum avctoritatem supervenerit: qvod aliam productionis non possent reperire rationem: ut sic ex uno inconveniente plura fuerint subsecuta.*

tuta. Unde fit hoc evidens: qvod conſona j vocalibus duabus in medio dictionis non compoſitæ interjecta, non duplex ſit conſona, hanc ob cauſſam, qvod duarum ſub una figura literarum valorem teneat: ſed pro duplici, ut Priſcianus loqvitur accepta: qvia ſcribi merito debuerat tum geminatā: cum præcedens vocalis alioqvi natura brevis erat producenda. Sic enim e *vocalis in* ei *brevis eſt natura: qvæ ſi Lucretio fuit longa, per geminationem conſonæ j erit producenda, in hoc verſu & ſimilibus:*

Et manibus nitidum teneris opus effluet ejji.

In dictione dixi non compoſita: qvod in compoſitis vocalis præcedens, vel à natura ſua longa, vel brevis maneat, ſimplicis naturam imitata: ut ibi geminatio conſonæ j eſſet ſuperflua: hic nequaquam ferenda: qvia in ſimplici non reperta. Sic igitur ſcribo: ejicio, rejicio; qvadrijugos, &c. *conſona j una, non geminata. Qvod enim* rejicio, *prima qvandoq́ legitur longa, licentia fit poëtica: contra qvam putat J. Scaliger, de cauſ. ling. lat. l. 1. c. 12. de qvo vide ſupra lib. 1. proſ. in not. ad c. 2.*

Qvid igitur censes, ut in medio ad producendum vocalem priorem consona semper sit geminata: & sic etiam scribenda? qvid verò impedit, qvo minus eam seqvamur scripturam, qvæ rationi congrua: qvæ non huic vel illi lapidi: sed ipsi Ciceroni, *ipsi* Cæsari, *ipsi* Prisciano, *ipsi* Qvinctiliano *fuit proba? Qvam vero mihi rationem dabis cur* e *vocalis in* ejus, *ut vulgo scribitur sit longa? Brevem esse natura constat ex* ei, eum, eo, &c. *Longa igitur Positione facienda: qvia nullum dabitur tertium: qvod vocalis omnis avt natura sit: avt positione longa. Hic avtem positio nulla: qvia non est duplex, ut ante probatum, consona: utpote nec figura, nec valore à simplici discreta. Ut igitur positio fiat: consona fuerit geminanda:* ejjus. *Ut fit, in* relligio: repperi, relliqviæ, &c.

V. I.

Ecqvid V consona recte secundum vulgi morem, tanqvam F lene pronuncietur; & ecqvid Q litera

tera sit Latinis supervacua: Negatur prius contra P. Ramum, pro Phil. Melancht. adfirmatur posterius: contra J. Scaligerum.

V consonæ syllabæ initialem vocali præpositam ut F literam ex sua natura sonare communis est tam veterum, qvam recentiorum præceptio: qvam usus seqvitur. Priscianus *enim eandem prorsus in omnibus vim hanc habere: qvam habet F litera putavit, d. lib. 1. de acc. lit. ut duæ potius figuræ viderentur, qvam literæ, teste* Verrepæo *Gram. lib. 5. A qvibus paullisper* P. Ramus *recessit: ut literæ F flatu fortiorem, V vero leniorem, tanqvam selumbe, infirmum, fractum, vel imminutum, concederet: qvod nos plerique seqvimur: Gram. lib. 1. & Schol. Gram. lib. 2. Aliter in exprimendo valore hujus consonæ V D. Phil. Mel. præcepit: qvando V consonantis vim in* vinum, veritas, vallum, &c. *ad valorem Æolici digamma (qvod non ut F: sed inversum sic Ⅎ scribi veteribus esse solitum,*

 tum,

tum, ex lapidibus imperii Claudiani probat in notis ad c. 12. de pronunc. Lipsius) sic vult, ut Germani hæc scribunt & efferunt: Wein / warheit / wall / per Vu geminum, *esse pronunciandum.* Cujusmodi tamen voces vulgo hodie per F enunciantur: usu in plerisq; aliis, pro ratione valente. *Quæ perspicua* D. Phil. *hac de re fuit ante annos plus minus LXX. prolata in publicum sententia: ut J.* Lipsius *illam plane novitiam, & à se primum repertam, pro sui ingenii more, sibi ante annos XIIX. in dicto de pronunc. l. c. 12. adrogare merito non debuisset.*

Quam Germanicæ linguæ, Latinum V per suum w / *in vocabulis è latina lingua probabiliter transsumtis, exprimendo, non parum confirmat, auctoritas. Quod enim Latini efferunt per V in his & similibus:* vinum, vallum, vicus, vannus, væ, vacillo, vado, vastus, vellus, ventus, verus, verbum, vermis, vespa, vicia, via, vinco, vidua, velle, volvo, &c. *id, Germani per geminum* w *reddunt:* Wein / wall / weich / wanne / wehe / wa-

ckele /

ckele / wade / wust / welle / wind / wahr / wort / wurm / weyse / wicken / weg / winde / widwe / wollen / weltzen / &c.

Et argumento Græci possunt esse: qui, Varum, Valerium, Velia, Octavium: & similes Latinorum voces suis expressuri literis, scribunt: ȣ̓άρον, ȣ̓αλέριον, ȣ̓έλιαν, ὀκταȣ̈ιον. Qua vero scriptionis ratio, ȣ diphthongum, referre & exprimere non v consonam: sed, u nostrum, vocalem: id est manifestum. At nos vocalem hic nullam adgnoscere, notum & hoc est. Consequens igitur Græcos hic non ipsum nativum literæ V valorem, quod nulla suarum literarum poterat: sed aliud, qui proximus ad valorem illius accederet, referre voluisse. Fingemus jam, V consonæ eundem vel saltem non absimilem ab F consona valorem eo tempore fuisse: quænam inter f consona & ȣ dipthongum harmonia? quæ similitudo: sive sonum: sive valorem: sive figuram spectes? nulla. Quasi vero si V valeret idem quod f; non fuisset longe commodior, & sono prorsus eadem φ consona: qua consonæ vim referre potuissent commo-

 dissime,

dissime, scribendo: φαλέρον, *&c. Nisi igitur hanc consona V, qvam habet nostra Germanica* w / *potestatem dederis: cur ad* ȣ, *vel qvandoq; ad* β *prolapsi in transferendo Græci fuerint, rationem nullam dabis. Sic enim inter* ȣαλέρον *&* W alerion *aliqva consonantia discernitur: qvæ in f &* ȣ *nulla penitus.*

Et qvorsum fuisset olim pro aspirationis nota, Æolicum illud, Grammaticis testantibus, digamma, in Ⅎircus, Ⅎœdus, Ⅎelena, *pro* Hircus, Hœdus, Helena: *si fuisset illius cum f consona potestas eadem? Qvid similitudinis inter* Felena & Helena: *At deprehenditur aliqvid, in* Helena *&* Welena. *Qvam verò longinqva & plane ridicula fuisset allusio ista: ex qva M. Crasso naves conscendenti sinistrum erat omen objectum: qvando cujuspiam in littore caricas cauno advectas, venditantis, & identidem inclamantis,* cauneas *(vulgi more scribo) vox pro* cave ne eas *accepta fuit? Nam si more vulgi hoc enuncias:* cafe ne eas: *qvid habebit simile cum* cauneas: *Stat igitur non* Justi Lipsii *novitia:*

vitia: ne qvis ex nostris propter invidiam nominis (qva tanti viri nomen illustre, apud qvosdam Ignorantiæ Fratres Scholarum Magistellos vulgo fertur odiosum) eam repudiet: Sed D. Philippi *M. jam vetusta, de valore V consonæ per W geminum proferendæ sententia* Lipsianis *tamen rationibus comprobata: ex d. c. 12. de pronunc.*

Ad consonam Q qvod attinet: non magnum illius, immo pœnè supervacuum exstare nobis usum plerig. cum Diomede, & Varrone censent. adeo ut J. Lips. de pronun. c. 13. non tam hanc interesse literis qvam superesse *confidenter dicat. Qvippe cujus usus est nullus alius: qvam ut ostendat, teste Prisc. l. 1. de acc. lit. seqvens* u *(verba sunt ex mente Prisciani)* ante alterum vocalem in eadem syllaba positum perdere vim literæ in metro: *ut sit ad conjungendas, Fabio dicente, demum sibi subjectas vocales, utilis: alias supervacua: ad sonum pingviorem efficiendum. At hæc ad novæ literæ, cum magno & tædioso scribentium onere, inventionem ratio non sufficit: cum C consona po-*

na potuiſſet idem hoc operari, u literæ cum ſubſeqvente vocali præpoſita: ut pro qvis, *ſcriberetur* cvis. *Qvippe ſi propter hanc cauſſam C conſona fuit in q transmutanda: conſona g pariter erit in ſimili caſu, cum pari modo literæ u cum ſubſeqvente vocali præponitur, transmutanda, & hic etiam nova cudenda literula: cum alius ſit ſonus conſonæ g, plenior nimirum in* angvis: *contractior in* angis. *Qvod cum non ſit factum: nulla ratio major eſt, cur ibi fieri debuerit. Qvæ Priſciani ad hanc rem ſunt d. l. 1. de acc. lit. argumenta à Lipſio ſensu eodem, ſine tamen Priſciani mentione, repetita.*

In qvibus infringendis J. Scal. l. 1. de cauſ. ling. lat. c. 10. ſed fruſtra, laborat argumentis. Qvod enim poſterius ita regerit: conſultius qværendam aliam figuram, huic G: qva hanc capiamus poteſtatem: qvam prudentiſſime inventum Q excludendum. Fatemur enim, *inqvit,* *G* aliud eſſe: non minus qvam ipſum u, cum ſeqvitur, vel Q, vel G, aut alias conſonantes. *At qvis tunc literarum indica*

dies novarum, alias super alias adjiciendo, finis erit: qvarum abundantia jam dudum laboramus superflua? Si consultum studiis voluerimus: non ut onera gravarentur amplius: sed ut sublevarentur operæ precium id erat. Qvæ verò literæ G diversa, qvæso, potestas, qvæ sit alia in angvis, *qvam in* angis: *Pronunciatio, fateor, alia est syllabæ* gvis: *alia vero* gis. *At diversitatis non in g: qvæ utrobiq; valorem retinet eundem: sed in adjecta* v *litera, cardo tum vertetur: cujus interjectu fit: ut alius sit & plenior in* gvis, *qvam in* gis *sonus. Nullus igitur, ut novæ fuit hic usus unqvam literæ: qvam præter Scaligerum Grammaticorum huc usq; desideravit nemo: sic etiam literæ q ultra C confingendæ ratio nulla fuisset: cum qvod C consona in* clavis, Cnejus, crinis, &c. *operatur: idem in* cvis *præstare potuisset: ea potestate huic literæ, de qva modo diximus, per IV tributa. Qvod hic objectat* Scaliger. Ergo alterum pro altero ponendum: *ut idem sit &* Qvi *&* cui: *si* illud nominativi; hoc Dativi rationem habeat: *id qvidem*

dem movebit alios, & fortè nodus erit insolubilis: me verò nihil omninò. Litera enim V in priore est consona subseqvente vocali i: in posteriore verò vocalis u: seqvente consona J: ut mirum non sit: si alia sit in qvi *subseqvente vocali:*

Alia verò in cui, *seqvente consona pronunciãdi ratio: cum literæ sint utrobiq; diversissimæ. De J in* cuj Scalig. *fatetur ipsemet: de V in* qvis *cum res sit adhuc controversa seqventi problemate* veniet *discutienda.*

VII.

Ecqvid litera u vel v, qvando consonam Q, G, vel S immediatè cum vocali alia, ejjusdem syllabæ seqvitur, sit u vocalis: vel v consona?

Posterius adfirmatur, pro *Philip. Mel.* contra *P. Ramum*, & plerosq;.

Consona Q nobis usum nusqvam esse alium: qvam si literæ u vel v *(consona vel* voca-

vocalis sit in utravis figura, jam linqvitur in dubio) sit, alia vocali in eadem syllaba subseqvenda praeposita, Grammaticorum communis est sine controversia sententia. Qva nam verò sit ista litera consonam Q proximè subseqvens: vocalis u, an consona v non aeque constat inter omnes. Maxima illorum pars, & opinio vulgaris u vocalem adserit: alius obscuram, *ut Scal l. 1. de cavssis ling. lat. c. 7. alius seqvente alia vocali in eadem syllaba* liqvescentem, *ut Priscianus d. lib. 1. qvos cum plerisq; recentiorib. seqvitur P. Ramus, lib. 1. Gram. c. 1. & schol. Gram. lib. 2. Verum* Phil. Melanch. *in suis Gram. in pr. tit. de lit. eandem esse* consonantem *diserte censuit, his verbis:* Q. avtem à consonante v, cum qva sola scribitur, potestatem mutuatur: mixtumq; qviddam ex k & v reddit: *ut: in* eqvus, obliqvus: in qvibus apud antiqviores u prius qviescere solebat.

A qvibus stare fuerit aeqvius,: ab illis numero infinitis: an ab hoc uno tantum? Prior mihi sententia displicet ex eo: qvod illud

illud Grammaticorum placitum sit indubitatæ fidei, sicut ex Rudolfo Agricola *citat hoc Fabr. in not. ad Hor. od. 1. lib. 1. carm.* qvod duæ vocales unam syllabam facere non possint: nisi vel fiat diphthongus ex eis: vel altera transeat in vim consonantis. *Qvævis enim vocalis per se syllabam facit: sive sola, sive cum consonantibus connexa: ut si plures concurrant in una dictione vocales, tot syllabas qvot vocales reperientur, constituendæ veniant: nisi duæ simul junctæ in unam coalescant. At in his vocibus:* qvis, eqvus *diphthongorum omninò nullus conflare potest: ut idcircò illud unicum, qvod altera ex his in consonantem transeat superfit.*

Qvod exinde manifestius adparet: qvod literam hanc, qvæ seqvitur immediate consonam Q, liqvescere, vel, qvod idem esse, liqvidum esse, h.e. vim & robur suum qvadam tenus amittere velint, & in eo consentiant omnes. Illam avtem passionem liqvefactionis in solam consonantem cadere constat omnibus: ex qvibus consensu omnium qvædam liqvidæ *sunt adpellatæ. Qvotusqvisq;*

quisq; autem ex vocalibus etiam liquidas esse quasdam praecipit: nimirum quae vim & robur vocalis amitterent? Neq; vero fieri hoc ulla ratione potest: quod vocalis prolatae forma sit: vocē vel per se, vel cum consonante constituere: quod si non faciat: liquescendo, h. e. ut vim suam vocalitatis, ut ita loquar, inter pronunciandum emittat: forma scilicet sibi demta, vocalis esse, & per consequens litera non potuerit.

Posterior igitur Dn. Philippi sententia verissima sit oportet: ut v post Q consonam immediatè, cum sequente vocali in eadem syllaba posita sit consona, & quidem ex liquidis una. Quamvis illa liquescentia, si verum hujus consonae v valorem, quem praecedente problemate ex Dn. Phil. & Lipsio per evidentes adsertum dedimus rationes, sit valde levis, & vix auribus deprehensa: dubio procul autem ex illo errore: quasi v consona cum f leni esset ejusdem valoris derivata. Illa enim opinione stante, quasi v cum f leni valorem obtineret eundem: tum demum vere esset liquida, potestate sua plurimum destituta.

O Pro-

Projecta autem illa, & hac per W gemi-num, qualis est in germanica lingva no-strum w / *defensa: quis quæso jam mihi discrimen adferat: cur v consona in* Vinum, Wallum, &c. *sonet amplius quid: quam in:* qware, qwando, &c. *Et hæc etiam* Justi Lipsii, *qui unus instar pluri-morum in Republica literaria solet esse, no-mine celebris est sententia: qui talem in* vinum, vallum, servum, *pronunciando v consona, sive digamma per sonum mol-lem & velut suspensum valorem reqvirit: qualis est in:* Qvare, Qvis, Qvando. *At in* vinum, vallum, &c. *v est conso-na: quod nemo negaverit: in* qvare *igitur* qvis & qvando *v consonam pari-ter ille posuerit: quod ex hujus natura il-lam declararit.*

Quod si ita se habuerit: Orthographia *etiam sic conformari debebit ab illis, qui veram probare; & v consonam ab u voca-li, etiam scriptura, distingvere nunc solent: ut scribatur: non* quis, quare, quando: *sed* qvis, qvare, qvando, &c.

Atq; hoc ita de v consona ante q, se-

qvente

quente vocali, probatum: de v pariter ante g vel s, subseqvente in eadem syllaba vocali, fuerit, ob rationes easdem probandum: ut in sangvis, lingva, langveo, exstingvo, ungventum: svavis, svetum, &c. v non vocalis: sed consona sit tum pronuncianda: tum scribenda. Hac tantùm cautione servata: qvod post g & s cum alia vocali subjecta toties non sit consona: qvoties vocalis u sibi est proxime subjecta, cum omnibus inde derivatis, ut: ambiguus, exiguus, suus: ambiguorum, ambiguis, exiguitas, suos, suitas, suapte, &c. Qvibus adde obliqvos à sus: sues, suarius, &c.

Sed de posterioribus inqvies ante g vel s minus est res impedita: prioribus obstat prosodia: ut si v ante q sit consona: med ia in: reliqvis, aliqvis, siliqvis, &c. sit vi positionis propter duas consonantes producenda. Verum hac ratione ne qvidem v ante l erit consona: siqvidem vocalis brevis ante mutam cum l qvida per positionem non est producta: ut tenebræ, latebræ. At v consona ante q liqvescit h.e. liqvida

 sit.

fit, ex omnium sententia: q vero inter mutas est relata ab iisdem: valeat igitur hic etiam regula: quod vocalis per se brevis ante mutam cum liquida l, vel, r, (adde v) ejusdem syllabæ positionem non faciat, &c.

At Poëtæ producunt, inquies iterum, syllabas hujusmodi: licet natura breves: Nimirum non fit hoc à positionis natura: sed Poëtica licentia: atq; ideo in metro tantum concessa: Quam si non sumpserint in hac sibi liqvida: referendum eo fuerit: quod vel in omnibus id sibi licere non putarint: ut quidam Grammatici sentiunt: ut supra probl. IV. dictum: vel potius, quod confusione v consonæ cum u vocali, in scriptura decepti plerіq; consonam hic animadvertere non potuerint. Qvo in errore, tamē Lucretium non fuisse patet exinde, quod primam in liqvidus *poëtica Licentia productam fecerit:*

Crasfaq; conveniunt liqvidis & liqvida crassis.

Utut sit: si ab hac licentia poëtica, producendi vocalem brevem ante mutam cum liqvida, qv exceperimus: res est expedita:

ut

ut propter hanc unicam cavsſam vocalium & conſonarum naturam disturbare non ſit opus.

IIX.

Ecqvid av & ev diphthongi: & ecqvid h ſit litera: & qvidem conſona? Negatur prius: adfirmatur poſterius.

Si diſcrimen illud inter J & v conſcnantes a vocalibus i & u à Latinis fuiſſet obſervatum: diphthongis onerata non fuiſſet hac lingva. Nam qvæ hodie freqventes ſunt æ & œ: ex ai & oi ſunt pavllatim corruptæ: qvod pronunciatio teſtatur: qvæ nunqvam in his diphthongis, ut geminus ſonus duarum vocalium in una poſſit exprimi ſyllaba, dari poteſt; qvod tamen e natura diphthongi erat, Dn. Philippo eam definiente. Poſteriore avtem conſona J, pronunciatio facilis eſt & expedita: qvalis eſt in Græcorum diphthongis αι *&* οι*: & in Germanica, aj, in voce:* Aid / mainung / ainig. *Nam & in his tam Græcis qvam Latinis pro conſona J ex neglectu, vel ignorantiæ*

hujus literæ vocalis i suppositæ fuit. Quod alibi pluribus in tractatu de literis discutiendum erit. Quicquid igitur de hisce diphthongis sit æ & œ longo receptis usu: hoc tamen sana cum ratione nemo negaverit: quin av & ev *diphthongi sint in Latina lingva prorsus nulli: qui quidem sint e vocalibus conflati. Pronuciatio enim illarum, etiam vulgatissima in Latinis dictionibus non u vocalem sed v consonam per W geminum refert: quæ huic literæ genuina est, ut supra dictum. Quippe hæc:* avtem, avdio, gavdium, avra, evge *& similia: non per f lene:* aftem, afdio, afra, efge, *sed per W geminum:* awtem, awdio, gawdium, awra, ewge *proferimus: & recte quidem, cum Germanis pariter & Græcis: qui & ipsi licet in υ aberrent, vocalem æstimantes: pronunciationem tamen incorruptam (loqvor de illis qvi veræ pronunciationi student: non illi vulgari & ineptissime) per w nostrum germanicum servant. Deinde inter Latinas dictiones, quæ* ev, *diphthongum, ut vulgo volunt, recipiant, est nulla: in Græcis tantum &*

peregri-

peregrinis aliis recepta. Av *vero licet in aliqvibus Latinis, numero tamen paucis, ante consonantem aliam, non vocalem occurrat: aliam tamen, qvam per W nostrum probationem cum non adgnoscat: non vocalem u sed vocalem v ut voce proferat: sic calamo quoq; merito referre debuerat.*

Cæterum h *literam esse probatur a forma literæ primum* interna: *qvod sit prima & individua faciendæ vocis materia: ut* hoc. *In qua dictione ut o & c materiam voci suppeditat: sic ad ejjus integrationem vocis etiam h reqviritur, individua vocis illius & ipsa: sed tamen essentialis particula: sine qva vox integra non esset. Deinde* externa: *qvod & suam figuram a reliqvis literis distinctam: & valorem suum reliqvis nevtiqvam competentem: & locum deniq; suum in serie literarum vocis cujjusq;, ad cujjus constitutionem reqviritur, obtineat. Qvid igitur caussæ, cur litera non sit, restat: cum literæ omnia reqvisita tam interna qvam externa habeat? H adspirationis est nota inqvit Priscianus d. l. 1. de accid. lit. De Græcorum hoc concedo*

cedo lingra; qrod illis extra seriem literarum sit, & in scriptione clementorum vocis alicujjus, non in ordinem literarum referatur: sed supra vocem tantum notari minutissimo soleat semicirculo. De Latina nego: cum Priscianus ipsemet ipsi figuram propriam concedat: in seriem eam reliqrarum literarum habeat: & in versu deniq; inter alias literas scribendam censeat.

Sed hæc ad literæ constitutionem non sufficiunt, inqrit, accidentia sunt hæc: proprietas literarum formalis est potestas, qva destituitur h. *Qri sic qræso. Si hest adspirationis nota: cur potestatem non habet suam singularem, in adspirando positam? Annon potestas hæc est literæ, qræ densum qrempiam potest adflare spiritum vocali, vel etiam consonanti qrandoq;: qri faciat ut alia atq; alia sit syllaba, vel dictio: cui est adjecta, vel ademta? Qra enim ratione in* dama, fama, cana, fana, datum, fatum, &c. *literæ sunt, d, f, c, qræ præpositæ vocali eidem* a *diversas voces diversis cum significationibus efficiant; & vocalem* a *diversos ad sonos trahant: sic*

etiam

etiã in hara, ara, cara, hora, ora, lòra, hamus, damus, &c. *litera vocali a vel o præposita, aliam dictionem efficit a reliqvis toto genere cum significationis diversitate, diversam. Haeccine potestas aliqva? Qvaenam vero in hisce c, l, d, literis est potesta? qvod diversas eidem vocali syllabas efficiāt præpositæ; abjectæ vero si sint, alias: sed idem si facit:* qvod hora *distingvat a* lora *&* ora: hara, *ab* ara *&* cara, &c. *Potestas igitur & hæc est aliqva: certe nevtiqvam hactenus diversa.*

Sed neq; vocalis est: neqve consona a *Priscianus obgannit: De vocali cedo: De consona contradico. Probat ille: qvia neq;* semivocalis *est: neq;* muta. *Non illa,* qvia nulla syllaba Latina per integras dictiónes in eam desinat. *Non ista:* cum in eadem sýllaba cum duabus mutis bis ponatur: *ut:* Phthius, Ericbthonius. *Qvod* muta *non sit h litera facile concedo: siqvidem h non est ejusmodi, qvæ per se sine vocali nihil omninò sonet, litera. Nam hæc a Prisciano ratio data nullius est momento: qvod exempla sint græca: in*

O 5 qvi-

qvibus non actu: sed potentia tantum adspiratio sit duplicata consonantibus inclusa: φθῖ@,ἔρχθόνι@. At hic non de Græcorum adspiratione nobis est sermo: sed de h in lingva Latina Latinis vocib. ad vocales, non avtem consonantes adspirandas, idoneas: inter qvos tale nunqvam de h in eadem syllaba duplicanda dabitur exemplum.

Qvod avtem semivocalis *esse negatur h, non adsentior. Hac n. ratione nec Z erit semivocalis; vulgo tamen inter semivocales: teste Philippo relata: qa nulla in Græca lingva (de Latina n. dicere supervacuum; qvæ hanc suam non adgnoscit literam) reperitur dictio consonante Z terminata.*

Qvænam vero semivocalis consonæ natura? num ut clavdat dictionem qvampiam? at sic mutæ qvoq; C, D, T, B, semivocales fuerint in fine vocum positæ. An non potius hæc: qvod spiritu qvodam proferenda, propius ad vocalis naturam accedat, & operosiuscula efflatione sonum clariorem reddat: teste Philippo in Gram. tit. de lit. & Scaligero lib. 1. de cavss. lin. Lat. c. 15. At hæc est hujjus consonæ h natura sine dubio:

dubio: qvæ tota adspiratione constat, & etiam sine vocali soni qvidpiam clarioris edit. Qvo eodem argumento consonam F semivocalem rectè probat. dicto loco Scaliger. utut dictionis finem nunqvam & ipsa clavdat. Nec enim dictiones hoc, ut consona sit alia semivocalis: alia muta faciunt: sed literæ faciunt ut sint dictiones: ut pote totius partes constituentes. Et si valebit hoc argumentum: cæteræ semivocales finem dictionis (qvod tamen de Z falsum probavi) clavdunt: Ergo h, qvia non clavdit semivocalis non est: licebit etiam sic ratiocinari: reliqvæ mutæ non clavdunt finem dictionis: Ergo qvia b, c, t, d, clavdunt: mutæ dici neqveunt. Sed ineptum hoc est: igitur & illud.

Cæterum qvod h cum alia consona positionem non facit, havt obstiterit: cum id cum semivocalibus liqvidis commune habeat, ante vocalem brevem cum muta positis. Cur avtem licentia Poëtica hoc non attentarit: vis ipsius tenuior, qva propius ad vocalem accedit, & cum alia consonante juncta plurimum liqvescit: nec ullam in

pronun-

pronunciando moram facit, obstitit. At hoc consonæ vim huic literæ non adimit: qvæ non ideo qvod positionem faciat, sed qvod cum vocali juncta syllabam resonet, adpellata fuit.

IX.

Ecqvid *mulier* penultimam longam habeat in obliqvis: ecqvid item futura Conjunctivi in *rimus* & *ritis*: penultima longa debeant proferri? Negatur utrunqve.

Sunt qvi obliqvos a Mulier *penultima proferre longa velint, avctoritate Prisciani, lib. de accent, qvem probare videtur J. Lipsius, c. 21. commoti. Qvia a. liber iste avctoritatis est dubiæ, & locus mendi suspectus: cum Priscianus lib. 6. Gram. inst. præcipiat contrarium: & nullius etiam Poëtæ Latini inter classicos testimonium proferri: siqvidem vulgo producta, vel mendosa sunt, vel conficta: tutius hic analogiam penultima producta seqvimur: cum Martia-*

Martiali lib. 1. epigram. 97. in hoc Scazonte:

Amethystinasq; mulierum vocat vestes.

Unde rationis & hoc est: ut in prosa muliebris *penultima brevi proferatur, ut:* tenebris, latebris, &c.

De subjunctivi pluralis numeri Personis prima & secunda, in rimus & ritis *exeuntibus, admodum controversa res est inter Grammaticos.* Diomedes *enim lib. 1. de modis verborum declinationem perfecti & futuri temporis uniformem accentu distingvit: ut illud penultima brevi; hoc eadem circumflexa proferatur.* Probus *vero lib. 1. instit. art. Cap. de penult. ultimisq; verb. syllabis: &c. de productione syllabarum, utriusq; temporis has syllabas penultimas adeo vult esse productas: ut barbarismi eos condemnet: qui eas corripuerint: & Poëtas metri necessitate coactos adserat., si correptas hujjusmodi syllabas dederint: cui* Servius & Georgius Valla *subscribunt: in qvorum opinionem Avar. lib. 3. Gram. Instit. de verborum incremento, ferè inclinat. Qvi exemplis moventur his., & similibus:*

milibus: *Ovid. libr. 4. de Pont. eleg. 5.*

Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus Æmon:
Et maris Jonii transieritis aqvas.

Ibid.

Copia nec vobis, ullo prohibente videndi
Consulis: ut limen contigeritis, erit.

Id. 6. Metam.

Havstus aqvæ mihi nectar erit, vitamque fatebor
Accepisse: simul vitam dederitis in undis.

Verum syllabæ leguntur hujusmodi etiam correptæ, apud Virgilium lib. 6. Æneid.

Namqve, ut suprema falsa inter gavdia noctem,
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est.

Et Ovid. lib. 2. Metam.

Mentiar, obscuram nisi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo
Videritis stellas illic, ubi circulus axem.

Eund. lib. 4. de Pont. eleg. 5.

Hæc ubi dixeritis, servet sua dona, rogate:
Si fuerit vestræ cavsa peracta viæ.

Ut mihi id, qvod Probo contrarium est,

statui

ſtatui poſſe longe commodius, immo verius adpareat. Analogia enim breves cum hujjusmodi ſyllabas arguat: hoc potius eſt; ut ex metri neceſſitate per diaſtolen propter plurium brevium ſyllabarum concurſum producta ſit in his penultima: qvod nevtra vocum harum in metro exempla, ſi Catullianum excipias, absq; productione hujjus ſyllabæ verſum ingredi potuiſſent. Sua igitur natura breves has eſſe, adeoq; inter pronunciandum in antepenultima acuendas profecto verius: ut, ſi qvandoq; ſint ex metri neceſſitate productæ, ſit hoc Poëticæ tribuendum licentiæ: id qvod es Petro Ramo, *Schol. Gram. lib. 14. circa medium fere, non immerito viſum fuerit.*

V.

Ecqvid *Dimenſionis Poëticæ* doctrina Rhetoricæ figuris adſcribenda? Negatur contra Ramæos.

Dimenſionis Poëticæ doctrinam, qvæ vulgo Proſodiæ adſcribitur præceptis, Av-

domarus

domarus Thalæus *Præceptorem suum P. Ramum secutus, ad figuras dictionis Rhetorices abstraxit: qvia nimirum illa dictionum ad certam mensuram compactio, ab orationis habitu simplice recederet, atq; ita figuris accensenda foret. Qvorum ego qvidem judicium probare non qveo: qvi figuras Rhetorices, ejusmodi ornamentum orationis esse statuo, qvo propositæ orationis* habitus a recta sua & simplici consvetudine qvandoq; *recedit delectationis & variationis jucundæ gratia. Qvod si statuamus: reqviritur subjectum hujusmodi ornatum in se recipiens:* orationis habitus rectus & simplex: *a qvo interdum ad figuratum abscedatur. At si dimensionem Poëticam in carmine qvopiam vel oratione metrica velis hujusmodi figuram: qvem dabis habitu mihi orationis illius simplicem & rectum, à qvo abscedatur qvandoq; ad figuratum.* Prosam *dices orationem esse habitu simplicem & rectum a qvo discedatur ad metrum. At illa locum non habet ullum in carmine; qvod totum constat ex dimensione Poëtica, atmi-*

nis

nis substantiali forma: prosæ orationi adversa. Figura est ornamentum, orationis alicujus simplicis adjunctum: non perpetuo tenore per totam orationem uniusmodi forma expansum: sed simplici & rectæ consvetudini orationis currentis, diversimode interspersum: ut modo simplex sit cursus orationis: modo figuratus. At dimensio Poëtica est ipsa metricæ orationis forma: per qvam illa oratio est metrum vel carmen: qvæ totam orationem occupat & informat: ut nusqvam adpareat, immo ne qvidem esse debeat oratio soluta: a qva abscedatur ad ligatam.

Non igitur dimensio Poëtica prosæ orationis figura & ornamentum: sed genus sermonis a prosa *distinctum: suo qvodam modo peculiari ad certam mensuram pronunciandum: ut oratio alia* juncta *atq;* contexta *sit;* soluta alia *dicente Qvinct. l. 9. c. 4. In qvo sum æqve a q; in prosa orationis est habitus simplex & rectus: a qvo discedit ur oblectationis studio ad figuratum.*

Figuratus ille communis est utriq; : ut qvibus orator figuris suam exornet oratio-

P nem:

nem: iisdem Poëta suum exornet multo majori cum licentia carmen.

Quod si pronunciandum sit verbotenus, siquidem ex longis brevibusq; syllabis variè commixtis inter se, & ad certam mensuram compactis, est conflatum: sic etiam ad illius est mensuræ legem observata longarum breviumq; syllabarum mixtura legitime proferendum. Cum igitur Prosodia per rectam pronunciandi verba qvælibet, pro tenore qvantitatis syllabarum qvarumvis, definiatur rationem: cur non & ipsa tractabit hanc verborum ad certam longarum breviumq; syllabarum mensuram proferendorum dimensionem? Qvorsum scientia qvantitatis syllabarum: si non propter rationem eas rectè pronunciandi sit observata? Ubi enim destinatum, est arti proprium: ibi finis eidem præpositus necessario venit explanandus. At pronunciatio non potest institui syllabarum vocumq; plurium: nisi mensura ad qvam syllabæ breves, avt longæ: tardius, avt celerius: plures avt pauciores sunt dimensæ: rectè spectata & observata fuerit. Cujus igitur

tur artis est, pronunciationis materiam dignoscere: syllabas nimirum breves, & longas: ejjusdem fuerit formam qvoq; pronunciationis, qvomodo breves avt longæ varie commixtæ sint efferendæ in dimensione positam discrevisse.

Qvas vero turbas esset datura præceptorum tam arte cohærentium tam violenta distractio: Si materia pronunciationis in Grammaticis carpenda: forma tandem in Rhetoricis esset adqvirenda? Qvanto cum tædio & studiorum detrimento dimensionis illa Poëticæ, per pedum versuum, & carminum, genera, doctrina perplexissima & prolixa, figuris Rhetoricis cognoscendis, esset infarcienda? qvam operosè foret unica illa dimensionis figura, anteqvam ad repetitionis figurarum species progredi qvires, & intempestive qvidem inter Rhetoricas figuras Poëtica doctrina, decoqvenda? Qvod præsentiscens Thalæus, dimensionis doctrinam proponere non avsus fuit inter Rhetoricas figuras integram: minutis tantum particulis illius qvibusdam mutilatim decerptis, contentus.

Quod si igitur alibi putavit illam plenius excolendam: cur hic illam non prætermisit intactam! Hoccine leges artium jubent: ut alicujjus doctrinæ minutila proponantur tantum fragmenta: reliquis omninò scitu ad rem propositam necessariis præceptis sicco pede præteritis? Si fuit hic genuina dimensionis Poëticæ doctrina: fuisset integrà pertractanda. Quod si facere non potuit, vel non voluit: eò fuisset, ubi tractata sat commode & opportune fuerat hactenus, remittenda.


DECURIÆ

SECUNDÆ

Problema I.

Ecqvid pedum tetrasyllaborum usus sit in dimensionis doctrina necessarius?

Negatur.



VOD ILLORUM, QUI, curositatem secuti Græcorum, ultra duarum, trium, & quattuor syl-

or syllabarum pedes recensent alios, qvinq; syllabarum XXXII. ut Diomedes: alii vero sex syllabarum LXIV. ut Casius Bassus, inutilis & onerosa nimis sit præceptio: cuivis exploratum. De pedibus qvattuor syllabarum, qvi vulgo traduntur XVI. idem puto statuendum: qvod illorū usu carere sine ullo possimus intertrimēto: & si negligamus: ut inutili prorsus: sic molestissimo & tædiosissimo simul onere Poeticæ rei studiosos sublevare. Sunt n. omnes ex duobus bisyllabis conflati: per qvos, ut & trisyllabos, cum longe facilius, & expeditius: immo certius dimetiri possimus genera carminum universa, qvod supra per omnia avctorum classicorum carminū genera demonstratum: qvid opus est qvæso tam numerosa, scrupulosa, & difficillima, Jonicorum, Pæonum, Epitritorum, proceleusmaticorum, ne qvid de reliqvis dicam, inter se differentia, Poëseos miserè defatigare studiosos? Exempli gratia, fingamus hunc versiculum adolescenti studioso dimetiendum.

O magne DEUS, anima relicta mihi nunc male!

Si vulgarem ſeqvi debuerit ſcandendi rationem: in qvadriſyllaborum pedum campo diſcurrendum fuerit: poſt laborem diſqviſitionis tædioſæ longum, tandem verſus per Jonicum majjorem, proceleuſmaticum pæonem ſecundum, & epitritum tertium fuerit dimetiendus. At qvotusqvisq́; juvenum, niſi qvi multos in hoc ſolo ſtadio decurrendo contrivit annos, tam memoriæ tenacis eſt, tamq́; laboris vaniſſimi patiens: ut tam monſtroſa vocabulorum portenta continere; tam varia pedum inter ſe plurimorum diſcrimina in promptu dignoſcere queat, niſi patentem pedum qvadriſyllaborum tabellam perpetuo circumtulerit. Contra ſi noſtram ingredi libuerit dimetiendi carmina viam: ſine ullo negotio, verſum in octo regiones diſtinctum, in prima & penultima per Spondeum: *in quinta, & ultima per* Jambum: *in reliquis per* Pyrrichium *dimetiri potuerit.*

Nonne igitur facilius quattuor pedes diſſyllabos noviſſe, qui ad quemvis hujjusmodi verſuum, in qvo triſyllabi non ſunt, uſu

usu sufficiant: quam sedecim quadrisyllabis, cum monstrosis nominibus, memoriam adolescentum onerasse, ac conturbasse judicium? Ne verò quis hoc novum carpat: quod, qui pluribus ex syllabis constarent, non pedes diversi: sed numero plures essent conjuncti. Quicquid enim suprà tres syllabas: id ex pluribus esse pedibus judicabatur: Fab. Quinct. lib. 9. c. 4. testante: qui cum Halicarnesseo alios, ultra trisyllabos, non adgnovit. Idemq; J. Cæsar Scali. lib. 2. Poëtices cap. 4. censuit: qui, si rerum naturam, hoc est, Veritatem spectes, alios ultra bisyllabos, & trisyllabos pedes superesse negat: quod nulla dictio inveniri posset: quæ non horum conjunctione & mistione comprehendi quiret. Quare igitur quadrisyllabos commenti sunt pedes? quia nulla verba ex contrariis constant pedibus, *inquit Scaliger ibidem.*

Egregia sanè ratio: in scandendis versibus, singuli pedes, ad singulas essent dictiones adaptandi? Ergo tot pedibus constiterit versus quilibet, quot verbis. Ergo etiam pedes monosyllabi sunt ponendi: Ergo ultra

hexasyllabos septem, octo, novem, decem syllabarum pedes sunt amplius effingendi: ut tandem jam ante confictis CXXIV. enumeratos, fiant sexcenti, vel mille; si non displicet. Tu verò juvenis studiose, si sapis, pedibus XII. contentus esto: & quod per pauciora facere potes, per plura ne tentato.

II.

Ecqvid Jambici, Trochaici, & Anapæstici seorsim à reliqvis per dipodian metiendi? Negatur.

Vulgata docendi scansionem ratio sic habet: ut reliqua versuum genera qvidem per monopodian metiri soleat: h. e. ut singulas regiones, vel metra in quolibet versu scandendo singuli pedes constituant: ut, quod pedes admittat versus: tot metra contineat. Jambicum verò, Trochaicum & Anapæsticum per dipodian: ut duo pedes in eadem regione conjuncti duntaxat unum metrum conficiant. Unde fit, ut in hisce

tribus

tribus generibus dimeter *sit qui quattuor pedibus* trimeter *qui sex: &* tetrameter *qui pedibus octo constiterit: cum contra in reliquis,* dimeter *duobus:* trimeter *tribus:* tetrameter *quattuor tantum pedibus constare ex natura vocis soleat. Ex quo versus alii sunt* Catalecti, *quibus syllaba ad dipodiæ constitutionem abest: alii* brachycatalecti, *quibus integer pes ad dipodiæ constitutionem abest: alii* hypercatalecti *in dissyllabam: quibus duæ syllabæ supersunt, & similes ejjusmodi ingeniorum spinæ.*

Quænam verò per omnes te, mi Lector, rogo Musas, hujjus diversitatis usquam causa, tanta cum difficultate prorsus futiliter invectæ? Quid obstat: quo minus Latines secuti, ut reliqua versuum genera per monopodiam, singulis pedibus, singula metra, vel singulas regiones adsignantes metimur: sic etiam hæc tria metiamur? cur ut dimetrum, trimetrum, tetrametrum, pentametrum, hexametrum, *dicimus versum* binarium, ternarium, qvaternarium, qvinarium, senarium, *eosq; ex*

duobus, tribus, quatuor, quinq́, sex pedibus constantes, definimus, in carmine, heroico, elegiaco, Dactylico Sapphico, Phalevcio: sic eam scandendi rationem in Jambico, Trochaico, & Anapæstico non sequemur? Nimirum hoc est: ut spinæ, tricæq́, dispergerentur in vestibulo Poëticæ dimensionis quibus vel intricati, vel præpediti adolescentes: aut difficultate transitus absterriti planè studium Poëticum effugerent: aut ingressi diutissime destineri, ne celerius progrederentur in adyta Poësios, possent. Qvi metiuntur Anapæstica, sicut Jambica per monometriam, binos pedes comprehendendo, vehementer falluntur: errarunt enim errorem non ferendum *inquit Scaliger lib. 2. Poët. c. 12. Sed quid caussæ: cur non eundem erraring in Jambicis, & Trochaicis: cum* prisci nostri Latini simplicissimè atq; commodissimè *teste eodem d. lib. 2. cap. 6. per binarium, ternarium, quaternarium sint hæc etiam dimensi. Quos contra Servium, Ant. Delrio in prolegomenis ad Senecam rectè sequitur. Quem si nos etiam: illis* ca-

tale-

talectorum, *brachycatalectorum*, hyper catalectorum *monstris sine damno carebimus: solis hypermetris contenti.*

III.

Ecqvid *Pentameter* versus *Elegiacus* per syllabam remanentem in medio, & aliam post duos dactylos superfluam mensurandus? Neg.

Vulgata dimensionis ratio sic in carminis Elegiaci Pentametro solet institui: ut in medio syllaba remaneat: & post duos dactylos emensos syllaba sit iterum superflua: quæ duæ junctæ spondeum faciant, hoc modo:

Tempora cum fue- rint- nubila solus e- ris.

Verum talis scansio, quæ versum in duas partes: pedem in particulas ineptè dirimit, & harmoniam turbat, pausa neutiquam proba, vetustati fidit, & adhuc politioribus est incognita. Quippe, quæ fuerit hæc in cantu sive vocali, sive instrumentali, ut vocant, gratia: si sit ille in sui me-

dio

dio novo pede per cæsuram incohato rumpenda: si pedis syllabæ duæ fuerint mutilatione adsuendæ? Sic enim ejjusmodi versus non Pentameter fuerit: sed duplex dimeter, dactylicus, hypercatalectus: cum syllabæ in medio, & fine superflua pedem non faciant, nisi conjunctæ: sed conjungi nequeant loci magna distantia separatæ. Scindamus pedem humanum, unde pede metrico nomen Metaphoricè, in duas partes æquales, diversis locis abjectas: utrum pedem dixeris, illum esse integrum: an potius pedis mortui particulas? Pes hic nobis est mensura ex certis certæ quantitatis syllabis constructa: constructio certarum syllabarum pedem facit: dissolutio earundem pedem in nihilum redigit. Finge quempiam velle metiri rem continuam pedes quinq; latam. Nonne ridiculus fuerit: si post emensos pedes duos semipedem fecerit interstitio facto: ac posteà duos iterum pedes adjecerit cum superflua pedis particula? Quis inter metiendum pedem suum, vel modulum frangit: antequam ad finem rei mensurandæ ventum ita fuerit: ut tantum, quantum ad

com-

complendum pedem, vel modulum requiritur, jure mensurabili non supersit. Et quam rationem mihi dabis syllabæ, in hoc Ovidiani versus medio productæ, secundum vulgarem scansionem:

Offici- i cavs- sa- pluribus - esse da- ti.

Cæsuræ vi dixeris syllabam sa *in* cavssa *productam. At ubi cæsura: quæ est ultima dictionis in metro currente syllaba post pedem dimensum reliqua, sequentis dictionis initiali syllabæ ad novi pedis constitutionem jungenda? Hic nulla seqvitur syllaba, priori, ut pes fiat integer, juncta: sed novus pes à seqventis dictionis prima incohatur syllaba, priore à pedis mensura penitus abscissa. Nulla igitur cæsura.*

Qvid ergò mensuræ faciendum? Sequamur Qvint. lib. 9. cap. 4. circa medium: qui cum dubio procul veterum, & sui temporis Poëtarum scansionem novisset in pentametri medio spondeum *adhibet; & ejusdem finem* anapæsto *sibi juncto, hoc est, duplici Anapæsto tribuit: hoc modo:*

Tempora cum fue- rint nu- bila so- lus eris.

Qvem Thalæus sequitur in Rhet. lib. 1.

cap.

cap. 16. quem item Devspauterius Gram. lib. 4. sic præcipiens:

Pentameter vult quinque pedes: pes tertius esto semper spondeus: quartus, quintusque Anapæstus: in reliquis Spondeus erit, vel Dactylus, ut vis.

Quam scansionis rationem vel usus hujus carminis arguit: quando luctibus, dolorib. & querelis accommodatum fuit: indeque sibi nomen Elegiacum, ab ἔλεγος, quod luctum denotat., adsumsit. Jam, quæso, confer scansionis hosce modos inter se uter ex his sit luctuosis accommodatus gestibus. Fabianũ *si adverteris, in medio & clausula propter Spondei tardiorem progressum, & brevium duarum cursum, propter sequentem longam præpeditum: nil nisi triste quid, mærorisque plenum videris.. Contra* Vulgatum *si modum scandendi spectaris: propter pedis dimidium, post binos quosque dimensos elevatum: nonne tripudium, si terram tertia quaque vice calces, solennemque saltatum senseris?*

Verum quid de vulgata statuendum Asclepiadei, & Alcaici, *similiumque mensura fere simili?* *Mace-*

Mæce- nas ata- vis- edite- regibus.
Vides- ut al- ta- ſtet nive- candidum,
Heu quam- præcipi- ti- merſa profundo.

Idem ferè, quod de elegiaci ineptiſſimo per ſyllabam in medio remanentem abrupta? Præterquam quod in hisce ſtolidior hæc ſcanſio tunc adpareat.: quando ſyllaba in medio relicta, cogitur hic cum ſemipede ſuo claudicare ſola: cui in elegiaco tamen alia quæpiam claudicationis miſeræ comes eſt adjuncta.

IV.

Ecqvid *Proceleuſmaticus, Anapæſtus, Jambus, Tribachys, Trochæus, Pæon ſecundus, vel Epitritus quartus, &c.* qvandoq; verſum Heroicum ingrediantur? Neg.

Probatur hæc obſervatio quorundam his, & ſimilibus exemplis:

De proceleusmatico *in prima, ſecunda, & quinta regione apud Virgil. Æn. 5.*

Genua labant: raptos quatit æger anhelitus artus.

Georg.

Georg. 1.

Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.

Æn. 2.

Hærent parietibus, scalæ, postesq; sub ipsos.

Æn. 12.

Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros.

De Anapæsto *in prima & postrema.*

Virg. 1. Georg.

Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes.

Horat. lib. 2. ep. fin.

Vehemens, & liquidus, puroq; simillimus amni.

Lucret. lib. 2.

Propterea quia corpus aquæ, naturaq; tenuis.

De Jambo & tribach.

Virg. Æn. 3.

Dona dehinc auro gravia, secto q; Elephãto.

Ibid.

Si pereo manibus hominum periisse juvabit.

Æn. 9.

Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra.

De Pæone & Epitrito *Propert.*

Eosdem habuit secum, quibus est elata capillos.

Virgil.

Eveniunt: nec te comitem hinc asportare
Creusam.

Qvos ac ejjus generis alios Versus, ut viciosos, adeoq́ fugiendos adolescentibus, qvia recipiant pedes cum improprios per resolutionem: aut inversionem: tum peregrinos, qvibus aut laxetur, aut extendatur numerus, *admodum imbecilli de cavssa præcipit* Fabricius *lib. 6. de re Poët: reg: 4. qvem verbotenus seqvitur Gram: lib: 4.* Verrepæus: *Ego pedes hic video non nisi genuinos, adeoq́ cuivis sine periculo imitandos: secus avtem opinantes, ignorantia figurarum scansionis pueriliter deceptos, ut à nobis supra lib: 1. cap: fin: & lib. 2. cap. 9. demonstratum. Ubi enim proceleusmaticum fingunt: ibi revera Spondeus per* Synæresin, *qva duæ vocales dissyllabæ, per i vel u vocalis ante aliam vocalem in consonas j vel v transmutationem contrahuntur in unam longam: ut ibi scribendum sit, & in hoc metro legendum:* genva, tenvia, parjetibus, arjete, &c. *& sic de similibus.*

De Anapæsto *ratio est eadem in exemplo 1 & postremo, ut legatur:* Fluvjorum: tenvis. *In medio, ut sit* crasis, *duabus vocalibus in unam conflatis longam:* vemens.

De jambo *&* tribrachy *res est per casuram plusquam manifesta: cujus vi ultima in* gravia *&* manibus *est producta: quod supra d. c. fin. lib. 1. dictum.*

De trochæo *vel locus est mendosus, cum alii legant:* Rumpe moras omnes: & turbata, &c. *vel, quod potius, est Græcismus, cum ex Poëtica licentia more Græcorum Synalœpha non attenditur, ut sit Dactylus;* tur-bataq;-arripe, &c. *ut supra, similibus hoc est exemplis lib. 2. c. 9. & lib. 1. c. 3. declaratum, ut Virgil. Ecl. 8.*

Credimus an qvi amant, ipsi sibi somnia
fingunt. &c.

De Pæone *res per Crasin iterum est clara, pro:* osd' habu-it. &c.

De epitrito *scriptura versus est planè mendosa: quem alii libri, teste Erythræo, in marginalibus notis sic describunt:*
Eveniunt: nec te comitem hinc portare, &c.

Alii

Alii vero, quod magis places, per levem transpositionem sic:

Eveniunt: nec te hinc comitem asportare
Creusam, &c.

Similis ejusdem in hoc versu, Virgilii 2. Georg. cui in ultima regione impingit dactylum, erratio:

Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani, &c. --

Cum hunc vel puero clarum sit versum esse hypermetrum: postrema syllaba redundante, a seqventis versus initiali vocali absorpta: de qva re d. l. 2. c. 9. in not.

Qvod a. Choriambum *infarcit idem huic versui apud Virg. Æn. 3.*

Cavlonisq; arces, & navifragum Scylacæum.

Prorsus est insipidum: cum nihil a regulari dimensione discrepet hic: præterqvam quod Scyllacæum primam positione longam habeat: qvæ per Systolen *abjecta consonarum altera fuit a Poëta correpta: de qva lib. 1. c. fin.*

V.

Ecqvid dictiones monosyllabæ breves, avt positione longæ, tono proferantur acuto: vel gravi? Prius Adfir.

Posterius ante Jacob. Matth. lib. 2. de lit. Scaliger adfirmat. lib. 2. de causs. L'at. l. c. 59. Omnem dictionem aut accentum habere, ut ămor: *aut gravem, ut* fax: *aut circumflexum, ut* mîles.

Prius autem Quintilianus lib. 1. c. 9. ꝗ vocabula unius syllabæ sint acuta, avt flexa: ne sit aliqva vox sine acuta. *Item Mart. Capella:* ꝗ omnis vox avt acutum avt circumflexum habeat sonum, necesse sit: etiamsi monosyllaba sit: qvæ tono gravi careat. *Et Diomedes lib. 2. quod* omnis vox monosyllaba, si brevis, vel positione longa, acutum tenorem habebit: *ut* fáx, páx, vél &c.

Quibus veritas contra Scaligerum adstipulatur, Gravis n. tonus, definitore Lipsio c. 18. de rect. pronunc. est, qvi syllabam demittit, & cum ea vocem. *Demissio syllabæ.* θέσις *vel* depositio *dicitur: quam necessariò pracedit* ἄρσις elevatio: *teste Scalig. d. lib. c. 61. quod nulla vocis deponi queat syllaba: nisi prius alia pracedens sit elevata. Quæ contrariæ, cum sint passiones, ut in unam & eandem syllabam simul proferen-*

proferendam cadere neqveant; nullus a. effatus esse possit sine efflatu: neq; hic sine connisu qvodam, & elatione, *& ita consequenter,* sine acuminis sensu avt signo: *locus hic in monosyllaba voce gravi tono nullus erit. Qvod & Lips. de pronunc Lat. ling. c. 20. in not. circa finem probavit.*

VI.

Ecqvid tonus etiam in qvarta a fine dictionis syllaba locum habere qveat? N.

Adfirmat. Scaliger *lib. 2. de cavs. lin. Lat. c. 58. qvod Prisci Latini Graecos, alias initio propiores, qvam tertiam a fine, syllabas occupare nolentes,* incitatione potius ducti qvam consilio, fuerint sectati: cum nulla ratio Musica posset persvadere: *qvo minus liceret vocem in qvarta a fine tollere: siqvidem possent eodem tenore, tam in voce, qvam in tibia, avt fidibus deduci multae vel breves, vel longae.*

Contra Cicero *de Oratore disertè dixit:*

xit: in omni verbo natura posuit acutam vocem: nec una plus; nec a posteriore syllaba citra tertiam. *Qvinctilianus idem cēsuit, dict. l. 1. c. 9.* q in omni voce acuta intra numerum trium syllabarum contineatur: sive eæ sint in verbo solæ, sive ultimæ. *Idq; Justus Lips. lib. de pron. Lat. Ling. c. 20. in not. cum Gocl. part. 2. probl. Gram. lib. 2. c. 9. rectè probatum fecit: qvod in eo Grammmatici vires naturæ sectati fuerint: qvæ si vocē in quarta vel anteriore syllaba extollat: per tot seqvētium syllabarum gradus, sine alia elevatione saltem obscura, demittere eandem neqveat: ut hinc veniat: duos in eadem voce tonos esse, contra tam Græcorum qvam Latinorum Grammaticorū regulas committendos.* In omni enim voce acuta est utiq; (*sive simplex, sive inflexa*) *inqvit Fab. d. c. 9.* sed nunqvam plus una.

Cui Scaligeri argutiæ non obstant rationi: qvibus censet tam a Græcis, qvam Latinis, qvasi in qvarta syllaba tenores acutos, tunc esse reipsa locatos: qvando ex tribus finalibus alterutra longa sit: siqvidem una

lon-

longa syllaba duo tempora habeat: & sic duabus brevibus aeqvipollere qveat syllabis, ut: ἄνθρωπος: maximos: Ibi enim penultima, hic ultima longa syllaba si resolvatur in duas, adparebit tonum in qvarta jure ipso consistere. Qvamvis enim hoc facile detur: longam syllabam duobus constare têporibus: non tamen hinc evincitur: longam syllabam reipsa cum duabus syllabis in facultate pronunciandi eandem fore. Non de temporib. hic agitur: sed syllabis plurib. eodê tenore proferendis. Duas a. syllabas breves, reipsa literis & positu literarum distinctas aeqvè facilè & celeriter eodem proferri tono posse qvo longam qvis protulerit unam pro certo dicere num ausus fuerit? Qvis mihi p svadebit: q eodê tenore, velocitatis proferre qveam dictionem, malus *duabus brevibus: atq;* dos *una longa constantem syllaba?*

VII.

Ecqvid acutus vel circumflexus tonus in polysyllabae dictionis ultima locum habeat? Neg.

Vulgo in ultimis acuendis vel flectendis

multi sunt non modo calamo, sed etiam voce pleriq́. *Qvod sua etiam ætatę factitatum Fabius conqveritur d. l. 1. c. 9. a qvibusdam eruditis & Grammaticis nonnullis:* ut propter qvædam vocum ac verborum discrimina, verbum interim acuto finirent sono: qvod tamen in adverbiis fere solis atq; pronominibus vendicassent: in cæteris veterem secuti legem. *Qvomodo hodię vulgus ultima elata pronunciat:* uná, corám, aliás, palám, immó. *Verum contra tam leges hoc committitur Grammaticas: q̃ ipsam rationem.*

De illis *ex hoc Prisciani constat illorum opinionem reprobantis testimonio: q* ultima nunqvam sit acuta: *id q l. 12. c. 10. repetit. his verbis;* ultima syllaba nec acutá unqvam excitatur: nec flexa circumducitur: sed in gravem vel duas graves cadit semper.

Qva Capellæ eadem, & Prisciani & fere omnium, teste Lipsio d. c. 20. sententia.

Hanc, licet aliqvam subesse Lipsius d. c. 20. in fine notarum, negaverit: sat elegãtem & fir-

& firmam ex Qvinct. d.c.9. J. Scal. d. lib, 2. c. 58. dedit: q si finalis syllaba polysyllabæ dictionis acuenda sit: alia syllaba in qva τόνος recumbat, exspectari tum debeat: qvæ si in subseqventis dictionis initiali syllaba conqviescat: dissimulata distinctione, tanqvam unum enuncietur verbum, qvæ reipsa duo sunt, ut Qvinctilianus ait. Contra vanam esse partis adversæ rationem, in discrimine & differentia vocum inducenda positam, sat est exploratum: qvod hac ratione probata nullius ultimæ ad alterius differentiam vocis similiter cadentis acuendæ finis futurus esset: quod in plurimis ambiguitatis vel necessitatis ratio, qvam in minutulis qvibusdam adverbiis, longè majjor esset.

Sic n. face *verbum a* face *nomine:* honores *verbum ab* honores *nomine:* domíno & domínis *dativi ab ablativis: & sic infinita alia distingvi deberent; cum qvæ ratio in uno valeret, eadem æqvo jure subesset alteri. Si igitur in plerisq; negligitur salva nihilominus earum vocum aliunde depromta differentia: cur in pavcissimis*

advertetur? Quæ Scaligeri & d. lib. 2. c. 63. sententia.

IIX.

Ecqvid *exadversum, aliqvando, enimvero nimirum, duntaxat, proinde, deinde, interea loci, Jurisconsultus, orbis terræ, præfectus fabrum, sacra via &c.* in antepenultima prolatu sint acuenda? Neg.

Sic qvidem Probus Grammaticus cum Anniano Poëta censet, referente Agellio lib. 7. c. 7. ne viderentur aliter pronunciatæ duæ dictiones, quæ tamen vi compositionis in unam coaluissent. Cui opinioni Servius, Priscianus, Charisius: *& e recentioribus* Willichius, Corn. Valerius, Verrepæus, *deniq. J.* etiam Lipsius *de pron. c. 21. subscribunt. Nos contra pronunciationem hanc esse vitiosam putamus: secuti regulas concordi Grammaticorum consensu cum suffragio rationis hac de re promulgatas:* qvod penultima longa sit apud Latinos elevanda: *qvam Diomed. lib. 2. & Prisc. etiam sanxit: qvod* duab. longis seqventibus

tibus acui primam non patiatur ſermo noſter, *Qvinctil. teſte.*

Idq́, vel maximè hac de cavſſa: qvod ratio partis adverſæ penitus ſit infirma: cum, ſi valeret in illis dictionibus, ad accentus naturam contra rationem pronunciandi, & Canones Grammaticorum ſubvertendos: valere in omnibus ejjusdem generis deberet: ut pronunciantur: ádpotus, ádprimè *(qvod tamen ipſi diſplicet Agellio d. loco)* éxtemplo, ádverſus, círcúmduco, prætérmitto, maléſanus, contrádico, benédico, múſtela, præcurro, &c. *Qvod cum nec illimet ipſi velint: qvod alioqvi totam pronunciandi rationem ſubverſam facerent: qvid cavſſæ cur in illis admodum pavcis (in qvibus tamen ipſismet non convenit: aliis abſtrahentibus: aliis addentibus aliqvid) regula contra rationem turbanda fuerit? Qvid vero de his vocibus dicendum* antemalorum, prætervolantes, antecurſores, anteambulones: *in qvibus hac ratio pronunciandi non obtinet, qvæ unicam dictionem in hisce ſtatuat compoſitis: cum tamen nihilominus intelligatur in ſingulis eadem dictio. Eodem igi-*

tur

tur modo & illæ absq; pronunciationis sub-terversa natura, eædem intelligentur. *Quam vero hoc*, *in* ex ádversum, Juris-consultus & *similibus ineptum? cum trans-lata acuti in antepenultimam conditione*, *nihilominus dictio* ex & *Juris extra septũ illius accentus sit*, *ut duæ dictiones videri possent.*

Frustra igitur, *ut rerum confunderet naturam*, *qsqvis avctor illius pronunciationis fuit*, *laboravit: ait Scal. lib. 2. c. 63. Gocl. part. 2. Gram. probl. lib. 1. c. 8.*

IX.

Ecqvid *Philosophia*, *Theologia*, *ideæ*, *Andreas*, *Prosodia*, *Orthographia*, *Astronomia*, *Phantasia*, *simphonia*, & ejjus generis alia Græcorum vocabula, in Latinam urbem recepta, penultima acuta sint proferenda? Negatur.

Verba plane Græca, vel Hebræa, aliaq; peregrina, *& Græcorum*, *vel suæ lingvæ more*, *secus*, *qvam Latina fert ratio*, *flexa*, *Græcorum*, *& suæ Lingvæ accentu pronuncianda esse nemo ambigit: ut su-*

ut supra lib. 2. Pros. c. 11. dictum. De his autem, quæ ex Græcorum, vel alia peregrina lingva sunt depromta qvidem: sed Latina veste donata, & Latinorum more flexa, statuendum est aliud: ut Latinorum etiam accentu sit efferenda. Cur n. cuj Latinæ lingvæ proprietates omnes, & qvasi substantialis Latinæ dictionis forma competit, qvæ in flexione, constructione & scriptura Latini sermonis consistit: eidem hoc accentus accidens attribui non debuerit? Cujus enim Etymologia, Syntaxis & Orthographia est Latina, cur non ejusdem Prosodia Latina fuerit? Qvæ verò est ratio: cur Latinè flexa, & scripta & Latinè dicta, non etiam Latinè sint proferenda? Qvod igitur Latina sunt hæc vocabula de qvorum pronunciatu controvertitur: quod inter omnes constat: utut origine Græca: tum penultima si brevis sit, ut est in his & similibus; acutus in antepenultimam, more Latino, transferendus. Qvemadmodum igitur rectè Latini proferimus: históría, homília, Ecclesia, Comœdia, Tragœdia, &c. *antepenultima*

acu-

acuta: sic etiam pronuncianda sunt hæc: Philosophia, Theologia, Prosodia, &c. *Qvod n. in his apud Græcos penultima est acuta: idem in illis locum habet. Si igitur in illis non attendimus Græcorum in accentu leges: sed Latinorum nostras: qvid caussæ qvæso cur in his æqvè, qvoad flexionem & accidentia reliqva, Latinis, illas temere contra Latini accentus naturam servemus.*

Qvi Græcam figuram seqvi maluerit, *inquit Fabius*, non Latine qvidem, sed citra reprehensionē loqvetur: *Græcorum accentu scilicet in dictionibus hisce a Græcis transsumtis observato. At nescio profecto, ecquid omni reprehensione careas: si Latinè loqvens, & scribens, non proferas accentu, qvod Latinorum effers more, Latino. Nam si maximè posset hoc in casibus rectis tolerari: certe non habebit excusatio locum in obliqvis: cum* Philosophiæ, Andreæ, Prosodiam, ideas, Symphoniis, *non sint amplius Græca: sed Latina, Latinorum more per Latinos casus variata: qvo igitur colore hic penultima manebit acuta, in dictione non Græca? Nimirum hæ voces*

in

in Scholis doctorum hominum, ut Græcæ, delituerunt: cum reliquæ, Historia, Comœdia &c. *vulgo Romano tritæ Latino essent accentu prolatæ? Pudeat igitur morosæ vel potius ineptæ in Scholis pertinaciæ: nis fundamento Latinè loqventium, in Latinè loqvendo, nimirum* usui communi *&* *Legibus Latinæ pronunciationis conformi rectius insistamus.*

Ex simili temeritate illi contrarius, profluxit etiam hic error, vulgo tritus: cum qvis se dicturum profitetur: de metéoris: *de* metamórphosi, &c. *per acutum in antepenultima, tam Græcis, quam Latinis viciosum: illis, qvia acutum in penultima ponunt:* μετεώρεις, μεταμορφώσει: *his qvia penultima syllaba per ω vocalem longam est producta: atq; ideo ad Latinorum legem acuenda.*

Cæterum licet sint qvi Andreas *in penultima a Græcis per ει scriptum, atq; ita productum velint: in correctissimis tamen libris semper per ε se legisse testis est Alvar. Gram. lib. 3. De penultima tamen in A*cademia *valde dubitari potest: non tam qvod*

Ste-

Stephanus per ει illam scripsit: qvam qvod Cicero produxerit in hoc versu.

Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo.

Qvem Lavrea libertus ejjus secutus, in suo, de villæ Academicæ lavdibus, epigrammate, qvod apud Plinium lib. 31. c. 2. memoriæ relictum exstat; eandem hoc versu extendit:

Atq; Academiæ celebratam nomine villam.

Qvia avtem Suidas *Græcorum scriptor pervetustus per ι perpetuo penultimam signavit: idq; secutus eam corripuit, cum* Clavdianus:

In Latium spretis Academia migrat Athenis: *tum &* Sidonius:

Obruet & qvamqvam totis Academia sectis:

Qvamvis sint qvi scripturam posteriorem repudiata priore malint: propter avctoritatem tamen Ciceronis satius erit cujusvis arbitrio penultimam sive correptam, sive productam linqvere: qvod etiam Micyll. *lib. 2. de re metrica censuit: & Goclen. part. 2. Gram. probl. lib. 1. c. 17. probavit.*

X. Ec-

X.

Ecqvid distinctionis hæ in sermone notæ; sint ad pronunciandum vel necessariæ, vel utiles?

Negatur.

Orationem quamvis in periodos, cola, & commata *divisam facit Quinctil. lib. 9. c. 4. cum qvo consentiunt alii omnes. Divisionem distinctio per certas subseqvitur notas in sermone scribendo: quæ aut* sententiam *notant vel* perfectam *in periodo absoluta per punctum: vel* imperfectam, *in colo, hoc est, sententiæ parte aliqva, per duo puncta: aut etiam* verba *pro sententiæ perspicuitate, tollendæ ambiguitatis & confusionis gratia in* commate *per hemicyclum inversum distingvenda. Qvartus distinctionum finis hic in oratione nullus: notis igitur insuper aliis non est opus. Adhibetur enim omnis nota aut sententiæ, aut verborum distingvendorum caussa. Sententia non potest aliter accipi: quam ut sit vel* plena: *vel* semiplena: *illa periodus: ista colon erit. Verborum distinctionis finis, quam ne syntaxis eorum, præ casuum, tem-*

porum, vel aliorum accidentium similium concursu, turbetur, confundaturve, nullus est alius, commate *designandus. Quod igitur vulgo & hanc infarciunt: ad verbum, quod tam antecedenti, quam consequenti posset ambigue jungi, separandum: item hanc; ad contraria nomina a se invicem separanda: vel quando sententia ita variatur: ut colon sit nimium: comma verò parum: ut hoc ex utroq; commixtum tunc inseratur: rationem neq; necessitatis, neq; utilitatis ullam habet. Contrariis n. quæ sententiam in diversas partes distrahunt, distinguendis, colon est sufficiens: ambiguitati a. structuræ verborum tollendæ per comma provisum: nulla deniq; sani hominis poterit oratio tam varia dari: quin sit in sententias vel plenas, vel semiplenas dirimenda: ut casus hujjusmodi, quo colon sit nimium, comma verò parum fingi qdem, sed in usu monstrari nequeat. Si n. verbis ad sermonem aliquem compositis* sententia *fuerit: aut illa per se plena est, & absoluta in periodo: aut ad aliam subsequentem in colo suspẽsa. Si vero tam paucus sit verborum numerus:*

ut

ut inde sentẽtiæ alicujus sensus adhuc nullus elici queat; alia, quam dictionum inter se, ne structura earum confundatur, distinctione, per comma *vel* incisum, *fuerit opus omninò nulla. Cui igitur rei tam subtilibus, inutilium distinctionum filis, quæ penè exercitatis etiã in sermone Latino viris, si rectè forent adhibendæ, negotium facesserent, puerorum, & adolescentum calamos oneras se: plus nimio jam ante prægravatos? Sanè in juris Civilis præceptis colligendis, quæ nõ nisi adultiorib. & viris inculcanda proponuntur, si* multo utilius est, pavca etiam idonea effugere: qvam multis inutilibus homines pergravare: *quæ dignissima Justin. Imp. in de confirm. Dig. §. contrarium 15. vox est: in puerilibus utiq; tironum Latinæ linguæ præceptis, ne qua misceantur inutilia, multo magis, id operæ si detur, magnum videbitur operæ precium fuisse.*



INDEX CAPITUM
LIBRI PRIMI.

LIBR. II.

VI. De

VI. De Trochaice mixto. Ubi de Choriambico, Anaclomeno, Phalacio, Sapphico, &c.
VII. De Dactylice mixto: ubi de Asclepiadeo, Alcaico, Alcmanio, Pentametro, Elegiaco, Priapejo, Trochaeodactylo, &c.
IIX. De versibus indistinctè mixtis: ubi de Catulliāo, Tragico, Cōico, Mimis Publianis, Rhythmicis.
IX. De Scansione simplici: figurata. Ubi de Synalœphe, Ecthlipsi, Synaeresi, Diaeresi, &c.
X. De Carmine, & ejjus divisione: ubi de colis, & strophis.
XI. De Dimensione communi in singulis vocibus.
XII. De Dimensione sermonis, in pronunciatione distincta. Ubi de commate, colo, periodo.
XIII. De Prounnciatione sonora: Ubi de Numero Oratorio.

PROBLEMATUM
DECURIÆ PRIMÆ.

I. Ecqvid Prosodia sit pars Grammaticæ: & ecqvid divisio Grammatices qvadripartita sustineri qveat?
II. Ecqvid circūflexus sit apud Latinos utilis tonus.
III. Ecqvid vi positionis vocalis finalis brevis, per subseqventis dictionis initialem duplicem, vel duas consonantes producatur?
IV. Ecqvid penultima in Genitrix & similibus: item prima in reflagito, reflecto, refluo, refreno, refringo. &c. à Poëtis in metro produci possit.
V. Ecq. litera j duab. vocalib. interposita sit duplex litera?

VI. *Ecq. V consona recte secundum vulgi morem, tanqvam F lene pronuncietur, & ecqvid Q litera sit Latinis supervacua.*

VII. *Ecq. litera u vel v, qvando consonas Q, G, vel S immediate cum alia vocali ejusdem syllabæ seqvitur: sit u vocalis: vel v consona.*

IIX. *Ecqvid av & ev diphthongi: & Ecq. h sit litera: & qvidem consona?*

IX. *Ecq.* Mulier *penultimam longam habeat: & ecq. præterita, item futura conjunctivi in* rimus & ritis *penultima longa debeant proferri?*

X. *Ecqvid Dimensionis Poëticæ doctrina, Rhetoricæ figuris adscribenda?*

DECURIÆ SECUNDÆ

I. *Ecq. pedum tetrasyllaborum usus sit in Dimensionis doctrina necessarius?*

II. *Ecq. Jambici, Trochaici, & Anapæstici seorsim à reliqvis per dipodian metiendi.*

III. *Ecqvid Pentameter versus Elegiacus per syllabam remanentem in medio, & aliam post duos dactylos superfluam mensurandus?*

IV. *Ecqvid Proceleusmaticus, Anapæstus, Jamb. Tribachys, Trochæus, Pæon secundus, &c. qvandoq; versum heroicum ingrediatur?*

V. *Ecqvid dictiones monosyllabæ breves, aut positione longæ; tono proferantur acuto: vel gravi?*

VI. *Ecqvid tonus etiam in qvarta a fine dictionis syllaba locum habere qveat?*

VII. *Ecqvid acutus vel circumflexus in polysyllabæ dictionis ultima locum habeat?*

IIX. Ec-

IIX. Ecqvid exádversum, aliqvando, enimvero, in antepenultima sint acuenda?
IX. Ecq. Philosophia, idea, Andreas, symphonia, penultima sint acuta apud Latinos peoferenda?
X. Ecq. distinctionis hæ in sermone notæ; sint ad pronunciandum vel necessariæ, vel utiles?

In Tractatum
Cl. Viri D. Henningi Rennemani, De pronunciatu Linguæ Latinæ.

NI, RENEMANE, tuos demirer plu-
mus actûs;
Ridear, & meritò pectus habere neger.
Per Logices rectógrassaris tramite Circum,
Certatæ palmæ præmia digna ferens.
Sedulus anfractúsq́; & inexplicitos labyrinthos
Perreptas, DEA quas occulit ÆQUA strophis.
Quin tibi Grammatices spargi quoq; pulvere mel-
Hujus & argutâ discutis arte situm. (li est;
Nunc, quô habitu Latias oris formare decenter
Par voces, duce te promitur è tenebris.
Forsitan audacter faciam; Verùm adsero, Hieram
Ingeniô nullum majus habere tuô.
Ergò igitur sterili cùm sentix fallat in arvô,
Cur sentâ perstas condere semen humo?
Nempe aliquando suas ostendent jugera messes,
Et sata cum multô fœnore reddet ager.
Interea fer onus, Sortis quod lege ferendum est:
Occidet, officii qui malè fecit opus.

Si bona nos, Cerebri sudatos propter agônas,
Extollit pinnâ remige Fama, sat est.

II.

Verticis à summô pexit FRISCHLINUS *ad imos*
Grammatices strigili singula membra pedes.
SCALIGER *errorum quoq; monstra obscura fugavit.*
Præstinxitq; umbras lumine Cimmerias.
LIPSIUS *hîc pariter limâ mordaciùs utens,*
Judicii ad trutinam singula verba vocat.
Magnates tacitô reliquos prætervehor axe,
Per quos Grammatices stat vigor incolumis.
Quis, RENEMANE, *tuo non plauserit ergò labori,*
Dum studii parilis te quoq; Musa tenet?
Perge, & vera doce quæ sit prolatio vocum:
Cardine in hoc sese Lingua Latina rotat.

M. Johannes Weitzius
P. L. C.

AD LECTOREM CAND.

Errata qvædam Typographica irrepserunt: qvæ cum Lectori candido perfacile sint obvia, illius judicio relinqvuntur emendanda. Unum est, qvod cuiqvam possit imponere, cap. 11. lib. 1. thesi 10. qvod sic est corrigendum, ut deleantur hæ voces: *&c:* item hæ, *demus, detur.*

FINIS

W

